MAGNA CARTA CVM ALIIS ANTIQVIS STATVTIS, QVORVM CATALOGVM, IN FINE OPERIS REPERIES.

ANNO. M. D. XL.

LECTORI.

QVANQVAM ſtatuta, ut uocant, iſta antiqua iterũ atq; iterum excuſa ſunt, & aliquando alter caſtigatius, & alter ſolerti cura ſcilicet ac diligentia impreſſit: tamen, opinor, tu non omnino deſpicias hanc meam impreſſionem, ubi ſemel legeris. Et ſi tibi non arrident omnia quod factu difficile ſit, ignoſcas oro, ut ſolet generoſitas, quũ uiderit nihil deeſſe, quatenus induſtria ualuerit. Vale.

MAGNA CARTA E-dit, Anno nono Henr. 3.



Dwardus dei gratia rex Anglie, dñs Hyberñ, et dux Aquitañ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, com̃, baroñ, Justic̃, vic. prepositꝪ, ministris, ꝛ oibus balliuis, ꝛ fidelibus suis, salutem. Inspeximus magnam cartam dñi H. quondam regis Anglie patris nostri de libertatibus Anglie, in hec verba.

Hẽricus dei gratia, rex Anglie, dñs Hyberñ, dux Normañ, et Aquitañ, et comes Andag. archiepis, episcopis, abbatibus, ꝑoribus, comitibus, baronibꝰ vic̃, prepositis, ministris, ꝛ oibus balliuis ꝛ fidelibꝰ suis, pñtem cartā inspecturis, saltm̃. SciatꝪ ꝗ nos intuitu dei, ꝛ ꝓ salute anime nr̃e, ꝛ animarū antecessorum ꝛ successorum nostroꝝ quōdā regum Anglie, ad exaltationē sācte ecclesie, et emendationem regni nostri spontanea et bona voluntate nostra dedimus et cōcessimus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribꝰ, com̃, baroñ, et omnibus liberis de regno nr̃o has libertates subscriptꝰ tenend in regno nostro Anglie inperpetuum.

Cap. 1. In primis concessim⁹ deo, ⁊ hac p̄nti carta nostra confirmauimus ꝑ nobis ⁊ hered̄ nostris in perpetuū, q̄d ecclesia anglicana libera sit, ⁊ hēat oīa iura sua integra ⁊ libertates suas [illegible]

Cap. 2. Cōcessimus etiā ⁊ d[illegible] liberis hominibus regni [illegible] ⁊ heredibus nostris inperpetuū has libertates subscript̄ tenend̄ ⁊ habend̄ eis et hered̄ suis de nobis ⁊ heredibus nostris in perpetuum.

Cap. 3. Si quis com̄ vel baro[illegible] siue aliorꝫ tenentiū de nobis in capite ꝑ seruitiū militare mortu⁹ fuerit, ⁊ cū decesserit heres eius plene etatis fuerit, ⁊ releuiū nobis debeat: hēat hereditatem suam per antiquū releuiū, scȝ heres vel heredes comitis de com̄ integro ꝑ centū libras: heres vł heredes baronis de baronia integra ꝑ cent̄ marcas: heres vel heredes militis de feodo militis integro ꝑ centū solid̄ ad pl⁹. Et qui min⁹ habuerit, minus det scd̄m antiquā cōsuetudinem feodorum.

Cap. 4. Si autem heres alicuius taliū fuerit infra etatem, dominus eius nō habeat custodiam eius nec terre sue anteq̄ȝ homagiū eius cepit. Et postq̄ȝ talis heres fuerit in custodia cū ad etatē ꝑuenerit, scilicet .xxi. annorꝫ, habeat hereditatem suam sine releuio ⁊ sine fine: ita tamē q̄ si ipse (dū infra etatē fuerit) fiat miles: nihilomin⁹ terra remaneat in custodia domi-

domi-

fitzh na. br. 142

Brooke tit. Gard 42 et Plowden 267 [illegible]

[illegible]

dominorum suorum vsq; ad terminum predictum.

Cap.5.

¶ Custos terre huiusmodi heredis, qui infra etatē fuerit, nō capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus & rationabiles consuetudines: & rationabilia seruitia, & hoc sine destructiōe & vasto hominū & rerū. Et si nos cōmiserimus custodiā alicuius talis terre vic̄ vel alicui alii, q̄ de exitibus terre illius nobis debeat respōdere, & ille de custodia illa destructionem vel vastū fecerit, nos ab eo capiemus emendā, & terra committat duobus leg̃ & discretis hoīb9 de feodo illo, qui de exit terre illi9 nobis respondeāt, vel illi cui nos assignauerim9. Et si dederim9 vel vendiderimus alicui custodiā alicui9 talis terre, & ille inde destructionē fecerit vel vastū, amittat illam custodiā, et tradatur duobus leg̃ hominibus de feodo illo, vt predictum est, qui similiter nobis respondeant, sicut predictū est.

Cap.6.

¶ Custos aūt q̄diu custodiā t're hmōi heredis habuerit, sustētet domos, parcos viuar, stagna, molēdina & cetera ad t'ram illā pertinentia de exi terre eiusdem, et reddat heredi, cū ad plenā etatem peruenerit, terrā suā tot instaurat de carucis & omnibus aliis reb9 adminus sicut illā recepit. Hec omnia obseruentur de custodiis archiepātuū, epātuū, abbathiaꝝ, p̄oratuū, ecclesiaꝝ, & dignitatū

vacantium, que ad nos ptinent: except
q custod huiusmodi vendi non debent.

Capit. 7

¶ Heredes autem maritentur absq; dis
sparagatione.

¶ Uidua post mortē mariti sui statim et
sine difficultate aliqua hēat maritagiū
suū et hereditatem suā, nec aliquid det
pro dote sua, nec p maritag̃ suo, vel p
hereditate sua, quā hereditatem mari
tus suus et ipsa tenuerūt simul dē obitu
ipsius mariti sui, et maneat in capitali
mesuagio mariti sui p quadragita dies
post obitum mariti sui: infra quos dies
assignet ei dos sua: nisi prius ei assignat
fuerit, vel nisi domus illa sit castrū: et si
de castro recesserit, statim dom' ei com
petēs puideatur: in qua possit honeste
morari, quousq; dos sua ei assignet scdm
q pdictū est, et habeat rationabile esto
ueriū suū interim de cōi, assignetur aūt
ei pro dote sua tertia pars totius terre
mariti sui: q fuit sua in vita sua: nisi de
minori fuerit dotata ad ostiū ecclesie.

Cap. 8.

Nulla vidua distringatur ad se marit.
Ita tamen quod securitatem faciat, q
se nō maritabit sine assensu nostro: si de
nobis tenuerit: vel sine assensu domini
sui: si de alio tenuerit.

Cap. 9.

¶ Nos vero vel balliui nostri nō seisie
mus terram aliquam vel redditum pro
debito aliquo q̄diu catalla debitoris
p̄sentia sufficiūt ad debitum reddend:
et ipse debitor parat' sit ide satisfacere.

Nec

Nec plegi debitoris distringātur quādiu ipse capitalis debitor sufficiat ad solutionē ipsius debiti. Et si capitalis debitor defecerit in solutione debiti, nō hñs vnde soluat: aut reddere noluerit, cum possit: plegij de debito rñdeant: et si voluerint, habeāt terras et reddit debitoris quousq; sit eis satisfact de debito, quod antea pro eo soluerint: nisi capitalis debitor monstrauerit se inde esse quiet versus eosdem plegios.

¶ Ciuitas Lōdoñ habeat omnes libertates suas antiquas, et consuetudines suas quas habere consueuit. Preterea volumus et concedimus, q omnes alie ciuitates, burg. et ville et barones de quinq; portubus: et omnes alij portus habeant omnes libertates et liberas consuetudines suas. Cap.10.

¶ Nullus distringatur ad faciend maius seruitium de feodo militis, nec de alio libero tenem, quā inde debetur. Cap.11.

¶ Communia placita nō sequantur curiam nostram, sed teneantur in aliquo loco certo. Cap.12.

¶ Recognitiōes de noua disseisina et de morte āteccssoris nō capiāt nisi in suis com, et hoc mō. Nos vero si extra regnū fuerim⁹, capital iustic nrī mittēt iustic nostros per vnum quemq; com semel in anno, qui cum militibus eorūdem com capiant in com illis assisas predictas, et ea, que in aduētu suo in illo comitat Capit.13.

per iustic̃ nr̃os p̃dictos vel dictas assisas capiend̃ missos terminari nō pñt, per eosdẽ terminenẽ alibi in itinere suo: et ea, que p̃ eosdem propter difficultatem aliquorũ articulorũ terminari nō possunt, referant̃ ad iustic̃ nostros de bãco et ibi terminentur.

Capit. 14. ¶ Assise de vltima p̃sentatione semper capiantur coram iustic̃ de banco: et ibi terminentur.

Cap. 15. ¶ Liber homo nō amercietur p̃ paruo delicto nisi secundũ modũ illius delicti ꝛ pro magno delicto secundũ magnitudinẽ delicti, saluo sibi cōtenemento suo ꝛ mercator eodẽ modo salua mercãdisa sua, ꝛ villanus alterius q̃ñ nr̃ eos nō amercietur, saluo wainagio suo: si inciderit in m̃iam nostrã. Et nulla p̃dictaꝝ m̃iarũ ponatur nisi p̃ sacr̃m proborum ꝛ leg̃ holm de visneto. Comites ꝛ barones nō amercietur nisi p̃ pares suos: ꝛ nō nisi sc̃dm modũ delicti. Nulla ecclesiastica p̃sona amercietur secundũ quãtitatem beneficii sui ecclesiastici, sed secundũ laicũ teñ suũ: ꝛ secundũ quantitatem delicti.

Cap. 16. ¶ Nulla villa nec liber homo distringatur facere pontes aut riparias, nisi qui ab antiquo ꝛ de iure facere cōsueuerũt tempore Henrici regis aui nostri.

Ca. 17. ¶ Nulle riparie defendãtur de ceto nisi ille que fuer̃ in defenso tempore Hẽrici regis aui nostri p̃ eadem loca ꝛ eosdem ter-

terminos, sicut esse consueuerunt tempore suo.

Cap.18.

¶ Nullus vic, cõstabularius, escaetor, coronator, vel alii balliui nostri teneãt placita corone nostre.

Capi.19.

¶ Si quis tenens de nobis laicũ feodũ moriatur, et vic, vel balliu' noster ostẽdat lr̃as nostras patẽtes de sumõ de debito, quod defũct' nobis debuit: liceat vic, vel balliuo nr̃o attachiare et imbreuiare omnia bona et catalla defũcti inuenta in laico feodo ad valentiã ipsius debiti per visũ et testimoniũ legal' hominũ, ita tamen q' nihil inde amoueatur, donec persoluatur nobis debitũ: quod clarũ fuerit: et residuũ relinquatur executoribus ad faciendum testamentũ defũcti. Et si nihil nobis debeatur ab ipso omnia catalla cedãt defũcto, saluis vxori eius et pueris suis rationabilibus partibus suis.

Cap.20.

¶ Null' cõstabulari' vel eius balliu' capiat blada vel alia catalla alicui', q̃ nõ sit in villa vbi castrũ suum situm est, nisi statim reddat denarios, aut respectũ inde habere possit de volũtate vẽditoris. Si aũt de villa illa fuerit, infra quadraginta dies precium reddat.

Ca.21.

¶ Null' cõstabulari' distringat aliquẽ militem ad dandũ denarios pro custod' castri, si ipse eã facer' voluerit in propria psona sua, vel p alium pbum hominem faciat, si ipse eã facere non possit pp̃ter

 ratio

rationabilem causam. Et si nos adduxerimus vel miserimus eum in exercitum, sit quietus de custodia castri secundum quãtitatem temporis, quo per nos fuerit in exercitu de feodo, pro quo fecit servitium milit in exercitu.

Ca. 22.

¶ Nullus vic. vel balliuus nr, vel aliquis alius capiat equos vel carectas alicuius p caragio faciẽdo, nisi reddat liberationẽ antiquitus statutã: scz p carecta ad duos equos decem denarios p diẽ, & p carecta ad tres equos, xiiii. denarios p diẽ. Nulla carecta dñica alicuius persone ecclesiastice vel militis, vel alicuius dñi, per balliuos nostros capiatur, nec nos, nec ballivi nostri, nec alii capiemus boscum alienũ ad castra vel ad alia agenda nostra: nisi per voluntatẽ illius, cuius boscus ille fuerit.

Cap. 23.

¶ Nos non tenebim' terras illorũ, qui conuicti fuerint de felonia, nisi p vnum annum et vnum diem: & tunc reddantur terre ille dominis feodorum.

Capit. 24.

¶ Oẽs kidelli deponãtur de cetero penitus p Thamesiam, et Wedeweyam, & p totam Angl' nisi per costerã maris.

Cap. 25.

¶ Breue quod vocatur precipe in capite de cetero non fiat alicui de aliquo libero ten, vnde liber homo perdat curiam suam.

Capi. 26.

¶ Una mensura vini sit per totũ regnũ nostrum, & vna mensura cernisie, & vna mensura bladi quarterium Londoñ, et vna

vna latitudo pannorū tinctorum russetorum et haubergettarum, scz due vlne infra listas. De ponderibus vero sit sicut de mensuris.

¶ Nihil de cetero detur pro breui inquisitionis ab eo, qui inquisitionem petit de vita vel de membris, sed gratis concedatur, et non negetur. Cap. 27.

¶ Si aliqui teneat de nobis p feodi firmā, vel p socagium, vel burgagium, et de alio teneant terrā per seruicium militare, nos non habebimus custodiā heredis nec tre sue, que est de feodo alterius occasiōe illius feodi firme vel socagii vel burgagii. Nec habebimus custodiā illius feodi firme vel socagii vel burgagii, nisi ipsa feodi firma nobis debeat suitium militare. Nos nō habebimus custodiam heredis vel alicuius terre, quam tenet de aliquo alio per seruitiū militare occasione alicuius parue serjantie, quam tenet de nobis per seruitiū reddend nobis cultellos, sagittas, vel huiusmodi. Ca. 28.

¶ Nullus ballivus de cetero ponat aliquem ad legem manifestam nec ad iuramentum simplici loquela sua sn̄ testibus fidelibus ad hoc inductis. Ca. 29.

¶ Nullus liber homo capiatur vel imprisonetur aut disseisietur de libero ten̄ suo vel libertatib' vł liberis consu suis, aut vtlagetur, aut exuletur, aut aliquo modo destruatur, nec sup eum ibimus, nec super Cap. 30.

sup eū mittem⁹, nisi p legē terre. Nulli vendemus, nulli negabimus aut differemus iusticiam vel rectum.

Cap.30. ¶ Oēs mercatores (nisi publice antea prohibiti fuerint) habeāt saluū et securū conductum exire de Anglia & venire in Angliam: & morari & ire p Angliam tam per terram q̄ p aquam ad emendū vel vendendū sine omnib⁹ malis tolnetis per antiquas & rectas cōsuetudines p̄terq̄ in tpe guerre. Et si sint de tre cōtra nos guerrina & tales inueniātur in terra nr̄a, in principio guerre attachiētur sine damno corporū suorū & rerū: donec sciat a nobis vel a capitali iustic nostro quomodo mercatores terre nr̄e tractātur, q̄ tūc inueniātur in terra illā contra nos guerrina. Et si nr̄i salui sint ibi, & alii salui sint in terra nr̄a.

Cap.31. ¶ Si q̄s tenuer de aliqua escaeta sicut de honore Walingford, Notiñ, Bolon: & de aliis escaetis, que sunt in manu nr̄a & sint baronie & obierit, heres eius non det aliud releuiū, nec faciet nob; aliud seruiciū q̄ faceret baro, si baronia eēt in manu baronis, et nos eod modo eā tenebim⁹, quo baro eā tenuit. Nec nos occasiōe tal; baronie vł escaete habebim⁹ aliquā escaetā vel custodiā aliquorum nr̄orū hominū, nisi de nobis alibi tenuerit in capite, ille qui tenuit baroniam vel escaetam illam.

Capi.32. ¶ Null⁹ liber homo det de ceto ampli⁹

alciui

alicui, vel vẽdat de t̃ra sua, q̃ vt de resi
duo terre sue possit sufficiẽter fieri dño
feodi seruicium et debitũ, q̃d pertinet ad
feodum illud.

¶ Omnes patroni abbathiarũ, qui hñt cartas regũ Anglie de aduocatiõe vel antiquã tenurã vel possessionem, hẽant earum custodiã cũ vacarint, sicut habere debent & consueuerunt, sicut sup(ius) declaratum est. Cap. 33.

¶ Nullus capiatur aut imprisonetur propt appellum femine de morte alterius q̃ viri sui. Cap. 34.

¶ Null(us) comitat(us) de cetero teneat nisi de mense in mensẽ: & vbi maior t̃min(us) esse solebat, maior sit. Nec aliq̃s vic̃ vl balliu(us) suus fac̃ turnũ suum p hundr̃m nisi bis in anno: & nõ nisi in loco debito & cõsueto, vez semel post pascha: & iterũ post festum sancti Michael̃. Et visus de frãciplegio tunc fiat ad illum terminũ sancti Michaelis sine occasiõe. Ita scz q̃ q̃libet habeat libertates suas: quas habuit vel habere consueuit tpe regis H. aui nr̃i, vel quas postea pquisiuit. Fiat aũt visus de frãciplegio sic vez q̃d pax nr̃a teneatur: & q̃ trithinga teneatur integra sicut esse cõsueuit: & q̃d vic̃ non querat occasiões: & q̃d cõtentus sit de eo q̃d vic̃ hẽre cõsueuit de visu suo faciend̃ tẽpore Henr̃ regis aui nostri. Cap. 35.

¶ Nec liceat de cetero alicui dare t̃rã suã alicui domui religiose, ita quod illã Ca. 36.

resu-

resumat de eadẽ domo tenend. Nec liceat alicui domui religiose terrã alicuius sic accipe: q̃d tradat illã illi, a quo eam recepit tenend. Si quis autẽ de cetero terram suã alicui domui religiose sic dederit: ⁊ super hoc conuincatur: donũ suum penitus cassetur, ⁊ terra illa domino illius feodi incurratur.

Cap. 37.

¶ Scutagiũ de cetero capiatur sicut capi cõsueuit tempore Hen. regis aui nr̃i, ⁊ salue sint archiep̃is, episcopis, abatibus, priorib⁹, templariis, hospitalariis, comitibus, baronibus, ⁊ oĩbus aliis tã ecclesiasticis personis q̃ secularibus omnes libertates ⁊ libere cõsuetudines: quas prius habuerint. Omnes autẽ istas cõsuetudines ⁊ libertates, quas cõcessim⁹ in regno nr̃o tenend quantũ ad nos ptinet erga nos ⁊ heredes nr̃os obseruem⁹ ⁊ omnes de regno nr̃o tam clerici q̃ laici obseruent, quantum ad se pertinent, erga suos. Pro hac aũt donatione ⁊ cõcessiõe libertatũ istarũ ⁊ aliarum libertatũ contentarũ in Carta nr̃a de libertatib⁹ foreste, archiepiscopi, episcopi, abates priores, comites, barones, milites, ⁊ libere tenẽtes, ⁊ omnes de regno nr̃o dederũt nobis quintodecimã partem oĩm mobilium suorũ. Cõcessimus etiã eisdẽ pro nobis et heredibus nostris, q̃d nec nos nec heredes nostri aliquid pquiremus, p q̃d libertates in hac carta contente infringantur vel infirmẽtur. Et si

ab aliquo cōtra hoc aliquid ꝑquisitū fuerit, nihil valeat, ꝛ ꝓ nullo habeat̃. His testibus Bonifacio Cantuar̃ archiepō, F. Lōdoñ epō, ꝛ aliis. Dat̃ apd westm̃ x. die Februarii. Anno regni nr̃i nono.

¶ Nos aūt donationes ꝛ concessiones pdictas ratas hn̄tes, ꝛ gratas eas pro nobis ꝛ hered nr̃is cōcedimus ꝛ cōfirmamus, easq; tenore presentiū innouamus, volentes ꝛ cōcedantes ꝓ nobis ꝛ hered nostris, q carta nr̃a pdicta in omnibus ꝛ singulis suis articulis in ppetuū firmiter ꝛ inuiolabiliter obseruet̃: ꝛ etiā si aliqui articuli in eadē carta contenti hucusq; forsitā nō fuerit obsuati, de cetero obseruentur. His testibus venerabilibus patrib R. Cantuañ archiepiscopo totius Anglie pmate, A. Dunolm̃ episcopo. ꝛc. Datū p manum nostram apd westm̃. 28. die Martii. Anno regni nostri vicesimo octauo.

¶ Explicit magna carta.

Carta de foresta edita, Anno Henrici. iiii.

EDwardus dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, et dux Aquitañ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, com̃, baroñ, Justic̃, vic̃, prepositis, ministris, et omnibus ball' et fidelibus suis salutem. Cap. i.

In

Inspeximus cartam dñi H. quondam reg. Angl' patris nr̃i de foresta in hec verba. Henricus dei grã. ꝛc. vt̃ in principio Magne carte.

forest

Cap. 2. ¶ In primis oẽs foreste, quas H. auus nr̃ afforestauit, videant̃ p bonos ꝛ leg̃ homines, ꝛ si boscũ aliquẽ aliud q̃ suũ dominicũ afforestauerit ad dampnũ illius, cuius bosc' ille fuerit, stati de afforestetur. Et si boscũ suũ propriũ afforestauerit: remaneat foresta, saluis coia de herbagio ꝛ aliis in eadẽ foresta illis, q̃ prius eã hẽre consueuerunt.

Cap. 3. ¶ Homines vero qui manent extra forestã non veniant de cetero corã Justic̃ nostris de foresta p cões summonitiones, nisi sint implacitat̃ vel plegii alicuius vel aliquorum, q i attachiati sunt propter forestam.

Capit. 4. ¶ Omnes aũt bosci qui fuerunt afforestati p regem Ricm̃ auunculum nostrũ, vel per regẽ Johãnem patrem nostrũ, vsq ad primã coronationem nostram, statim deafforestantur, nisi sit dñicus boscus noster.

woode

Cap. 5. ¶ Archiepiscopi, epi, abbates, priores comites, barones, milites, ꝛ libere tenẽtes, q̃ hñt boscos suos in foresta, hẽant boscos suos sicut eos habuerũt tẽpore pme coronationis regis Henr̃ aui nr̃i: ita q̃ quieti sint in perpetuũ de omnibus purpresturis vastis ꝛ assartis fact̃ in illis boscis post illud tẽpus, vsq ad

prima

Si bone forester de fee del forest de roy ... ro de roy et voyl graunt ... rest ... il romeat ... et ... tel ... ad dammund ... graunt et ... si le roy voil graunt ...

principiū secundi anni coronationis nostre. Et qui de cetero vastū purpresturam vel assartum sine licentia nostra in illis fecerint: de vastis purpresturis et assartis nobis respondeant.

¶ Regardatores nostri eant per forestam ad faciend regardum sicut fieri consueuit tempore prime coronatiōis regis H. aui nostri, et non aliter. Cap. 6.

¶ Inquisitio vel visus de expeditatione canum existētium in foresta nostra de cetero fiat qñ fieri dz regardū, scz de tertio anno in tertium annū, ⁊ tunc fiat p visum et testimonium leg̃ hoim: et non aliter. Et ille cuius canis inuentus fuerit tunc non expeditatus, det pro mia tres solidos: et de cetero nullus bos capiatur pro expeditatione canum. Talis autem expeditatio fiat per assisam cōmuniter vsitatā, vcz quod tres ortelli abscindātur sine pellota de pede anteriori. Nec expeditenẜ canes de cetero nisi in locis vbi cōsueuerūt expeditari tempore prime coronationis p̄dicti regis Henr. aui nostri. Cap. 7.

¶ Nullus forestarius vel bedellus de cetero faciat scotalas, vel colligat herbas, vel auenam, vel bladum aliqd vel agnos vel porcellos, nec aliquā collectā faciat, nisi per visum et sacrm .xii. regardatorum qñ facient regardū. Tot forestarii ponantur ad forestas custodiend quod ad illas custod rationabiliter viderint sufficere. Cap. 8.

¶ Nullum Suanimotū de cetero teneaẜ Cap. 9.

in regno nostro nisi ter in ãno, vez in principio .xv. dierum ante festũ sancti Michaelis, qñ agistatores nři cõueniunt, agistãd dñicos boscos nřos, et circa festũ sancti Martini in hyeme, qñ agistatores nři debent recipere pannagium nřm. Et ad ista duo swanimota cõueniant forestarii viridarii et agistatores et nulli alii p districtionem. Et tertium swanimotũ teneatur initio .xv. dierum ante festũ sancti Joãnis Baptiste, quãdo agistatores nři cõueniunt pro venatione bestiarum nostrarum. Et ad illud swanimotũ tenend cõueniant forestarii viridarii ꝛ non alii p districtionem. Preterea singulis .xl. diebus p totũ annũ conueniant forestarii ꝛ viridarii ad videnđ attachiamenta de foresta tam de viridi ꝙ de venatione per presẽtationem ipsorum forestariorum et coram ipsis attachiat. Predicta autem swanimota non teneantur nisi in com̃, in quibus teneri cõsueuerunt.

Capi. 10. ¶ Unusquisq liber homo agistet boscum suum in Foresta pro volũtate sua, et habeat pannagium suũ. Concedimus etiam ꝙ vnusquisq liber homo ducet possit porcos suos p dñicum boscum nostrũ libere ꝛ sine impedimẽto ad agistãđ eos in boscis suis ꝑpriis vel alibi, vbi voluerit. Et si porci alicuiꝰ liberi hominis vna nocte pernoctauerint in Foresta nřa non inde occasionetur, vnde aliquid de suo perdat.

Capi. 11. ¶ Nullus de cetero amittat vitã vel mẽbra

bra pro venatione nr̃a: sed si quis captus fuerit ꝛ cōuict⁹ de captiōe venationis nr̃e grauit̃ redimatur, si habeat vnde redimi possit. Si autem non habeat vnde redimi possit, iaceat in prisona nr̃a p̱ vnū annum ꝛ vnū diem. Et si post vnū annum ꝛ vnum diem pleg̃ inuenire possit, exeat de priso-na, sin autem abiuret regnum Anglie.

¶ Quicūq̧ archiep̄us, ep̄us, com̄, vel ba-ro, veniens ad nos ad mandatum nostrū, transierit per forestam nostram, liceat ei capere vnam bestiam vel duas per visum Forestarii, si p̄ns fuerit, sin autem faciat cornare, ne videat hoc furtiuē facere. Item liceat eis redeundo facere sicut pre dictum est. Cap. 12.

¶ Unusquisq̧ liber homo de cetero sine occasione faciat in bosco suo vel in terra sua siue in aqua, quā habet in foresta nr̃a, molen̄d, viuar, stagn̄, marler̄, fossat, vel terram arrabilem extra coopert̃ in ter ra arrabili: ita quod non sit ad nocumēt alicuius vicini. Capit. 13.

¶ Unusquisq̧ liber homo habeat in bos-cis suis aereas accipitrum, espernar̃: fal conum, aquilarum, et hieronum, habeat similiter mel quod inuent̃ fuerit in bos-cis suis. Capi. 14

¶ Nullus forestarius de cetero qui nō sit forestarius de feod: reddēs nobis firmā p̱ balliua sua, capiat chymmagium aliq̄d in balliua sua. Forestarius autem de feodo firmam nobis reddens p̱ balliua sua, ca- Cap. 15

piat chymmagiū, videlicet ꝓ carecta per dimid̄ annum duos denarios, et per aliū dimidium annū duos denarios, et pro equo qui portat summagium per dimid̄ annum obolum, et per alium dimidium annū obolum, et non nisi de illis qui extra balliuam suam tanq̄ mercatores veniunt per licentiam suam in balliuam suā ad buscā maremiū, corticem, vel carbonem emend̄ ꝛ alibi ducend̄, ad vendend̄ vbi voluerint. Et de nulla alia carecta vel summagio aliquo alio, chymmagiū capiatur. Et non capiatur chymmagiū nisi in locis in quibus antiquitus capi solebat ꝛ debuit: illi autē qui portant supra dorsum suū buscam corticem, vel carbonem ad vendend̄, q̄uis inde viuant, nullum de cetero dent chymmagium forestariis nostris, preterq̄ in dominicis boscis nostris.

Capi. 16. De vtlagariis de foresta.

¶ Omnes vtlagati pro foresta tm̄ a tempore regis H. aui nostri vsq̄ ad primā coronationem nostram veniāt ad pacem nostram sine impedimento, ꝛ saluos pleḡ nobis inueniant, quod de cetero non forisfacient nobis in foresta nostra.

Cap. 17 Ne tendra plez de forest

¶ Nullus cōstabularius, castellanus, vel balliuus teneat placita de foresta, siue de viridi, siue de venatione: sed quilibet forestarius de feodo attachiet placita de foresta: tam de viridi q̄ de venatione, et ea presentet viridarius prouinciarum, et cū irrotulata fuerint, et sub sigillis viridariorum inclusa: presententur capitalibus

Justic

Justic nostris de foresta, cum in partes illas venerint ad tenend placita de foresta, et coram eis terminant. Has autem libertates de forestis concessimus omnib⁹, &c. Saluis archiepis, episcopis, abbatib⁹ prioribus, com, baronibus, militibus, et aliis tam personis ecclesiasticis quam secularibus, templariis, et hospitulariis, libertatibus et liberis consuetudinibus in forestis, et extra, warennis et aliis, quas pri⁹ habuerũt. Omnes autem istas consuetudines. &c. vt in fine Magne carte. Nos aũt donationes. &c. vt in fine eiusdem magne Carte. &c.

¶ Explicit Carta de Foresta.

¶ Incipit statutum de Merton edit. Anno. 20. Henrici. 3. &c.

PRouisum est in Curia domini regis apud Merton die Mercurii in crastino sancti Uincentii, Anno regni regis Henrici filii regis Joannis 20. coram W. Cantuariensi archiepiscopo & coepiscopis suffraganeis suis: et corã maiori parte comitum et baronum Anglie ibidem existentium pro coronatione ipsius domini regis et Alienore regine, pro qua omnes vocati fuerunt cum tractatum esset de communi vtilitate regni super articulis subscriptis, ita prouisum et fuit concessum tam a predictis archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus Capi. 1.

bus, q̄ ab ipso rege et aliis.

Cap. 2. ¶ De viduis primo que post mortē virorum suorum expelluntur de dotibus suis: et dotes suas vel quarentenam habere nō possūt sine placito, videlicet q quicūq̄ deforciauerit eis dotes suas vel quarētenā suam de tenemētis de quib⁹ viri sui obierint seisiti, et ipse vidue postea p plm recuperauerint: ipsi qui de iniusto deforciamēto conuicti fuerint, reddant eisdem viduis damna sua, scʒ valorē totius dotis eas cōtingentis a tempore mortis virorū suorū vsq̄ ad diē quo ipse vidue p iudiciū curie seisinā suā inde recuperauerint, et nihilominus ipsi deforciatores sint in misericordia domini regis.

Cap. 3. ¶ Item omnes vidue de cetero possint ligare blada sua de terra sua tam de dotib⁹ suis q̄ de aliis terris et tenementis suis saluis seruitiis dominorum de feodo, que de dotibus et aliis teñ suis debentur.

Capit. 4. ¶ Item si quis fuerit dissesit de libero teñ suo, et coram Justic̄ itinerantibus seisinā suam recuperauerit per assisam noue disseisine, vel per recognitionem eorum qui fecerint disseisinam, et ipse disseisit⁹ p vic̄ seisinam suā habuerit, si idē disseisitores postea post iter Justic̄ vel infra de eodem teñ iterū eundē conquerentē dissesiuerint et inde cōuicti fuerint, statim capiantur & in prisona domini regis detineantur, quousq̄ p dñm regem per redemptionem vel aliquo alio modo deliberentur. Et hec est

forma

forma qualiť tales conuicti puniri debe-
ant : videlicet cum conquerentes ad cu-
riam veniant, habeāt breue domini regis
vic̃ directum, in quo contineatur eorum
narratio de disseisina facta super disseisi-
nam. Et ideo mandetur vic̃, q᷑ assumptis
secum custodibus placitorum corone do
mini regis et aliis leg; militibus in pro-
pria persona sua accedat ad teñ illud vel
ad pasturam illam, de quibus facta fuerit
querela, et coram eis per primos iurato-
res et per alios vicinos et leg; homines
diligentem inde faciat inquisitionem. Et
si ipsum iterum inuenerint disseisitum, si-
cut predictum est, tunc faciant secundum
prouisionem predictam, sin autem sit con
querens in misericordia domini regis,
et alius quietus recedat : nec debet vic̃
sine speciali precepto domini regis hu-
iusmodi loquelam prosequi. Eodem mo-
do fiat de illis, qui seisinā recuperauerint
per assisam mortis antecessoris et de om-
nibus terris et teñ recuperatis per Jurať
in curia domini regis, si postea disseisiti
fuerint a prioribus deforciatoribus, ver
sus quos recuperauerint per Jurať quo-
quo modo.

¶ Item quia multi magnates Anglie qui
feoffauerūt milites et libere tenētes suos
de paruis tenementis in magnis mane-
riis suis, questi fuerunt quod commodū
suum facere non potuerunt de residuo ma
neriorum suorum sicut de vastis, boscis,

 et

et pasturis, cum ipsi feoffati habeant sufficientem pasturam quantum pertinet ad teñ sua, ita prouisum est et concessum, q̃d quicunq; huiusmodi feoffati assisam noue disseisine deferãt de cõmunia pasture sue: et coram iustic̃ recognitum fuerit q̃d tãtam pasturam habeant, quantum sufficit ad teñ sua: et quod habeant liberum ingressum ⁊ egressum de teñ suis vsq; ad pasturam suam: tunc inde sint contenti, et illi de quibus conquesti fuerint recedant quieti de hoc quod cõmodum suũ de t'ris vastis boscis et pasturis fecerint. Si autẽ dixerint quod sufficientem pasturã nõ habeant vel sufficientem ingressum ⁊ egressum quantũ pertinet ad teñ sua, tunc inquiratur veritas per assisam. Et si per assisam recognitum fuerit q̃d per eosdem deforciatores in aliquo fuerit impedit⁹ eorũ ingressus vel egressus, vel q̃d non habeant sufficientem pasturã et sufficiẽtem ingressum et egressum, sicut p̃dictum est, tunc recuperent seisinã suã per visum iuratoꝝ: ita q̃d per discretionem et sacr̃m eorũ habeant conquerentes sufficientem pasturam et suffi cientẽ ingr̃m et egr̃m in forma predicta, ⁊ disseisitores sint in mia dñi regis, ⁊ damna reddãt sicut reddi solent ante prouisionẽ istã. Si aũt recognitum fuerit p assisam, q̃d cõquerentes sufficientẽ habeant pasturã cum libero ⁊ sufficienti ingressu ⁊ egressu, sicut p̃dictũ est tunc licite faciant alii cõmodum suum de

resi-

residuo, et recedant de illa assisa quieti.

Cap. 6.

¶ Similiter prouisum est et a domino rege concessum, q de cetero currant vsure contra aliquem infra etatem existeñ a tempore mortis antecessoris sui, cuius heres ipse est, vsq ad legittimam etatem suam: ita tamen q propter hoc nõ remaneat solutio debiti principalis simul cum vsura ante mortem antecessoris sui, cuius heres ipse est.

Capit. 7.

¶ De hered per parentes vel per alios cõtra pacẽ vi abductis vel detentis seu maritatis ita prouisum est, q quicunq laicus qui inde cõuictus fuerit, q puerũ aliquem sic tenuerit, abduxerit, seu maritauerit, reddat perdẽti valorem maritagii: & pro delicto corpus eius capiatur & imprisonetur donec perdẽti emendauerit delictum, si puer maritetur: & preterea donec domino regi satisfecerit p transgr. Et hoc fiat de herede infra .xiiii. annos existeñ, de herede autem cum sit .xiiii. annorũ vel vltra vsq ad plenam etatem, si se maritauerit sine licentia domini sui, vt ei auferat maritagium suum, et dominus eius offerat ei rationabile maritagiũ, vbi nõ disperagetur, dominus suus tũc teneat terram eius vltra tminũ etatis sue scilicet .xxi. annoꝝ per tm̃ tempus q inde possit percipere duplicem valorem maritagii secundum estimationem leg̃ hoim vel secundũ q ei pro eodem maritagio prius fuerit oblatũ sine fraude et malicia, et secundum q probari

poterit in curia domini regis.

Capi. 7. ¶ De dñis qui maritauerit illos quos ha bēt in custodia villanis vel aliis sicut bur gens vbi disperagūtur, si talis heres fue rit infra. xiiii. annos, & talis etatis q̄ con sentire nō poterit, tūc si parentes conque rātur de illo dño, dñs ille amittat custo diā vsq; ad etatē heredis, & omne cōmo dū, q̄d inde perceptum fuerit, conuertatur in cōmodum ipsius heredis, qui infra eta tem est secundū dispositionem et prouisio nem parentum propter dedecus ei factū. Si aūt fuerit. xiiii. annorum et vltra, q̄ cōsentire poterit, et tali maritagio cōsen serit, nulla sequatur pena. Si quis heres cuiuscūq; fuerit etatis pro domino suo se noluerit maritare, non cōpellatur hoc fa cere, sed cum ad etatem peruenerit, det domino suo et satis faciat ei de tanto quā tum percipere posset ab aliquo p̄ marita gio anteq̄ terram suā recipiat, & hoc siue se voluerit maritare siue non: quia mari tagium eius, qui infra etatem est, de mero iure pertinet ad dñm feodi.

Cap. 8. ¶ De narratiōe discensus in bři de recto ab antecessore a tēpore H. regis senioris anno et die p̄uisū est q̄ de cetero nō fiat mentio de tam lōginquo tp̄e, sed a tp̄e H. regis aui nostri, & locū habeat ista p̄uisio ad Penthecosten, anno regni domini reg̃ nunc. xxi. et non antea, et breuia pri⁹ im petrata p̄cedāt, breuia mortis antecesso ris de natiuis et de ingr̃ u non excedant vltimum

vltimũ redditũ dñi regis Joannis de Hybern̄ in Angliam, et locũ hẽat ista puisio &c. vt̄ breuia noue diss̄ nõ excedant p̄rm transf. dñi regis qui nunc est in Vascoñ, & locum habeat ista prouisio a tẽpore predicto, et breuia prius impetrata pcedãt.

Capi. 9. Bastardye

Ad bre reg; de bastardis, vtrũ aliquis natus ante matrimonium habere poterit hereditatẽ, sicut ille qui natus est post matrimoniũ responderũt oẽs episcopi, q̄ nolũt nec possũt ad istud bre rndere: q̄a hoc esset contra cõmunem formam ecclesie. Et rogauerũt omnes episcopi magnates, vt consentirent, q̄ nati ante matrimonium essent legittimi sicut illi qui nati sunt post matrimonium, quantum ad successionem hereditariam, quia ecclesia tales habet p legittimis. Et omnes comites & barones vna voce responderunt, q̄ nolunt leges Anglie mutare, que hucusq; vsitate sunt et approbate.

Cap. 10. Attorney

Prouisum est insuper, q̄ quilibet liber homo, qui sectam debet ad com, trithingũ hundred, et wapent vel ad cur dñi sui, libere possit facere attorñ suum ad sectas illas pro eo faciendas.

Cap. 11.

De malefactoribus in parcis et viuariis nondum est discussum, quia magnates petierunt propriam prisonam de illis quos caperent in parcis et viuariis suis quod quidem dominus rex contradixit, & ideo differtur.

Explicit statutum de Merton.

Sta-

¶Statutum de Marlebridge edit: Anno.lii.Henrici.iii.

Cap.1.



Nno gratie.M.CC.67 regni autem domini H. filii regis Joannis quin quagesimo scdo in octa. sancti Martini prouidē te ipso domino rege ad regni sui Anglie melio-rationem iusticie : put regalis officii exposcit; vtilitas plenioreē conuocatis discretioribus eiusdem regni tam maioribus q̄ minoribus prouisū est, et statut ac concordatum et ordinatum, vt cū regnum Anglie multis tribulatio-nibus et discentionum incommodis nu-per esset depressum : reformatione legum et iurium, quibus pax et tranquillitas in colarum indigeat conseruari : ad quod remedium salubre per ipsum regem ⁊ su-os fideles oportuit adhiberi prouisio-nes, ordinationes, et statuta subscripta ab omnibus regni ipsius incolis tam ma-ioribus quam minoribus firmiter et in-uiolabiliter temporibus perpetuis ob-seruari.

Cap.2. ¶Cum autem tempore turbationis nup in regno Anglie suborte, ⁊ deiceps multi magnates et alii iusticiam indignati fue-rint recipere per dominum regem ⁊ curiā suam, prout debuerunt ⁊ cōsueuerunt tē-poribus predecessorū ipsi⁹ domini regis, et

⁊ etiam tempore suo, sed de vicinis suis ⁊ aliis per seipsos graues vltiones fecerit et districtiones, quousq; redēptiones receperint ad volūtatem suam. Et preterea quidam eorum se per ministros domini regis iustic̄ non permittūt nec sustineant, q̄ per ipsos liberentur districtiōes, quas auctoritate propria fecerint ad voluntatem suam. Prouisum est, cōcordat, ⁊ cōcessū, q̄ tam maiores q̄ minores iusticiā habeant ⁊ recipiant in curia domini regis: Et nullus de cetero vltiones aut districtiōes faciat per voluntatem suam absq; cōsideratiōe curie dn̄i regis, si forte damnū vel iniuria sibi fiat: vnde emēdas habere voluerit de vicino suo, siue maiore siue minore. Super articulo aūt supradicto prouisum est ⁊ cōcessū, q̄ si quis de cetero vltiōes hm̄oi capiat p̱ volūtatem suā absq; cōsideratione cur̄ dn̄i regis, vt p̄dictum est, et inde cōuincatur, puniatur p̱ redemptionem, ⁊ hoc scd̄m quantitatem delicti. Et similit̄ si vicinus sup̱ vicinum suū faciat districtiōem sine cōsideratione cur̄ dn̄i regis, p̱ quod damnum habeat, puniatur eodem modo, ⁊ hoc secūdum quantitatē delicti. Et nihilominus fiant emēde plene et sufficienter eis, qui damnum sustinuerint per hm̄oi districtiones.

Cap. 3.

¶ Null⁹ insuper maior vel minor distringat aliquem ad veniend̄ ad cur̄ suam, qui nō sit de feod̄ suo, aut sup̱ ip̄m nō habeat iurisdictionem per hundred̄ vel balliuam suam

suam, nec districtiones faciat extra feodū suum seu locum, vbi balliuam non habeat vel iurisdictionem. Et qui contra hoc statutum fecerit, puniatur eodem modo, et hoc secundum delicti quantitatem.

Cap. 4. ¶ Si quis autem maior vel minor permittere noluerit liberari per ministros dñi regis secundū legem & cōsuetudinem regni districtiones, quas fecerit: aut etiā sustinere noluerit sūmonitiones aut attachiamenta seu executiones iudiciorū cur̄ dñi reḡ fieri: puniatur eodem modo p̄dicto: tanq̄ se iusticiariū nō p̄mittens. Et si quis autē maior vel minor districtiōes faciat super tenentem suū pro seruitiis & cōsuetudinibus, que sibi deberi dicat, vel pro re altera: vnde ad dominum feodi pertineat districtiones facere: & postea cōuincatur: q̄ tenens ea sibi non debeat: non ideo puniat̄ dñs per redemptionem: vt in supradictis casibus: si permittat districtiones deliberari secundum legem & consuetudinem regni, sed amercietur velut hactenus consuetum est, et tenens damna sua recuperaret versus eum.

Cap. 5. ¶ Nullus de ceteroꝝ faciat ducere districtiōes, quas fecerat, extra comitat̄, in quo capte fuerint. Et si vicinus hoc fecerit sup vicinum suum, et per voluntatem suam: & sine iudicio: puniatur per redemptionē vt supra, veluti de re cōtra pacem. Uereuntamen si dominus hoc super tenentem suum facere presumpserit, castigetur per grauem

grauem misericordiam. Districtiones insuper sint rationabiles et non nimis graues: et qui districtiones fecerint irrationabiles et indebitas: grauit amercient propter excessum districtionum ipsarum.

Cap. 6.

¶ Magna carta in singulis suis articulis teneatur, tam in his que ad regē ptinent q̄ʒ ad alios, et hoc corā iustic̄ itinerantibus in suis itineribus: et vic̄ in com̄ suis cum opus fuerit, demandetur. et breuia versus eos qui cōtrauenerint gratis concedantur coram rege vel coram iustic̄ de banco, vel coram iusticiar̄ itinerantibus, cum in partes illas venerint. Similit̄ carta de foresta in singulis suis articulis teneatur, et contrauenientes per dominum regem cum conuicti fuerint, grauit̄ puniantur, modo suprad̄.

Capit. 7.

¶ De his autem qui primogenitos et heredes suos infra etatē exn̄tes feoffare solent de hereditate sua, vt per hoc amitterent dn̄i feodoꝝ custodias suas, puisū est concordat̄ et cōcessum, q̄ occasione hm̄oi feoffamenti nullus capitalis dn̄s amittat custodiā suā. De his insup q̄ de t̄ris suis, quas tradere voluerint ad t̄minū annoꝝ, vt per hoc dn̄i feodoꝝ amitērāt custodias suas, falsa fingunt feoffamenta cōtinentia q̄ eis satisfactū est de sūma seruicii in illis contenti vsq̄ʒ ad terminum aliquem, ita q̄ si ad dictum terminum soluere teneantur huiusmodi feoffati sūmā aliquā ad valor̄ t̄rarū illarū vel in multo excedentē: vt sic post

post terminum illum terra eorũ reuertat ad ipsos vel ad hered suos, eo q nemo eã pro tãto tenere curaret: Prouisum est cõcordat & concessum, vt per hmoi fraudem nullus capitalis domin9 amittat custodiã suam: verum tamen non licebit eis hmoi feoffatos sine iudicio disseisire, sed breue habeant de hmoi custodia sibi reddenda & per testes in cartis de hmoi feoffamẽto cõtentos vna cum aliis liberis & leg homini bus de patria, et per quantitatem & valorem ten: & per quãtitatẽ summe, que inde reddi debeat post terminũ attingatur vtrũ hmoi feoffamenta bona fide facta sint an in fraudem ad auferend capital dñis feodi custodiam suã. Si vero capital dñi per iudicium curie in hmoi casibus recuperarẽt custodiam suam, salua sit nihilominus hmoi feoffatis actio sua, quo ad terminum seu ad feodum recuperand, quam inde habuerint, cum heredes ad legitimã etatem peruenerint. Et si aliqui capitales domini feoffatos aliquos maliciose implacitauerint fingentes casum istum, maxime vbi feoffamenta legittime & bona fide facta fuerint: tunc adiudicentur feoffatis damna sua & mise sue, quas fecerint occasione predicti placiti, et ipsi actores per misericordiam grauiter puniantur.

Cap. 8.

¶ In placito vero comuni de custodiis si ad magnã districtionẽ nõ venerint deforciatores, tunc bis vel ter iteretur breue predictũ ad terminos, quib9 fieri poterit

infra

infra medietatem anni sequent. Ita q singulis vicibus legatur breue in pleno com: nisi prius inuentus fuerit deforciator, et ibi publice denuncietur, vt veniat ad diem sibi prefixum: q si ipse extunc se subtraxerit: ita q infra medietatem anni predicti responsus non venerit: nec vic eum inuenire possit: per quod corpus suum habere non possit coram iustic ad respondend secūdum legem et cons regni: tunc tanq rebellus et se iusticiari non permittens, amittat seisinam huiusmodi custodie, salua sibi alias actiōe sua, si forte ius habeat ad eandem. In casibus autem vbi custodie pertinet ad custod hered infra etatem existentium, et vbi custodes petunt custodiam, que accidit hered vel tanquam pertinent ad eorum hereditatem, non amittant huiusmodi heredes infra etatem existentes hereditatem suam per negligentiam vel rebellionem suorum custodum, sicut in casu predicto: sed currat lex communis eodem modo quo prius currere consueuit.

¶ Illi autem qui pro iterata disseisina capt fuerint et detenti, non deliberent sine speciali precepto domini regis, et hoc per finē cum domino rege inde faciend pro huiusmodi transgr sua. Et si compertum fuerit, q vic aliter eos deliberauerit: propter hoc grauiter amercietur: et nihilominus illi qui per vic sine precepto domini regis sic deliberantur, pro sua transgr grauiter puniantur. Capi. 9.

B iiii C De

Cap.10. ¶ De sectis vero facienđ ad cur' magnatū vel ad cur' aliorum dominorū ipsorū cur' de cetero sic obseruanđ est, q̄ nullꝰ q̄ p̄ cartam feoffat est, distringatur de cetero ad hm̄oi sectam facienđ ad curiam dominorum, nisi per formam carte sue specialiter teneatur ad sectam illam facienđ. Hiis autem exceptis quorum antecessores vel ipsimet huiusmodi sectam facere consueuerunt ante primam transfretationem predicti domini regis H. in Britanniam. A tempore cuius transfretationis elapsi sunt. xxxix. anni, et medietas vnius anni, a tempore quo huiusmodi constitutiones fuerunt statute. Similiter nullus feoffatus de cetero sine carta a tempore conquestus vel alio antiquo feoffamento distringatur ad huiusmodi sectam facienđ, nisi ipsemet vel antecessores sui eam facere consueuerunt ante transfretationem predictam. Qui autem per cartam p̄ certo seruitio, veluti p̄ libero seruitio tot solidorum annuatim pro omni seruitio soluenđ feoffati sunt, ad huiusmodi sectam vel ad aliud contra formam feoffamenti sui de cetero non teneantur. Et si hereditas aliqua, de qua tantum vnica secta debeatur ad plures heredes participes eiusdem deuoluatur, ille vero qui habet aneciam partem hereditatis illius vnicam faciet sectam pro se et participibus suis, et alii participes sui pro portione sua cōtribuant ad sectam illam facienđ. Et si plures feoffati fuerint de hereditate aliqua, de qua tamen

men

Vide magna charta. cap. 11

[illegible] forma feoff[illegible] [illegible]

[illegible]

tamen vnica secta debeatur, dominus illi-
us feodi vnicam sectam inde habeat, nec
possit de predicta hereditate nisi vnicam
sectam exigere, sicut prius inde fieri con-
sueuit. Et si feoffati illi warantum vel me-
dium non habeant, qui eos acquietare de-
beat: tunc omnes illi feoffati proportione
sua contribuant ad sectam illam pro eis fa-
ciend. Si autem contingat, q̄ domini cum
tenentes suos contra hanc constitutionem
pro huiusmodi secta distringant, tunc ad
querimoniam tenentium illorum attachien
tur eorum domini: q̄ ad curiam regis ve-
niant ad breuem diem inde responsur., et
vnicum inde habeant essonium si fuerint in
regno, et incontinent deliberentur conque-
renti aueria siue alie districtiones hac oc-
casione facte: et deliberata remaneant, do-
nec placitum inde inter eos terminetur.
Et si domini curiarum, qui huiusmodi distri
ctiones fecerint, ad diem, ad quem atta-
chiati fuerint, nō venerint, vel diem per es-
sonium sibi datum non obseruauerint, tunc
mandet vic̄ q̄ eos ad alium diem venire fa-
ciat, ad quem diem si non venerint, tunc mā
detur vic̄ q̄ distringat eos per omnia ca-
talla, que habēt in balliua sua: ita quod vic̄
respōdeat domino regi de exit dicte hered̄
et q̄ habeat corpora eorum ad certum di-
em sibi prefigend coram Justic. Ita q̄ si ad
diem illud non venerint, eat pars conque-
rens inde sine die, & aueria sua siue alie di-
strictiones hac occasione facte, deliberate

remaneant, donec ipsi domini sectam illā recuperauerint per considerationem curie regis: et cessent interim huiusmodi districtiones, saluo dñis cur̄ iure suo de sectis illis recuperan̄ in formis iuris, cum inde loqui voluerint. Et cum domini curiarum inde venerint responsuri conquerentibus de huiusmodi transgr̄, et super hoc conuincant̄: tunc per cons̄ curie domini regis recuperēt versus eos conquerentes damna sua que sustinuerint occasione districtionis predicte. Simili aūt modo si tenentes post hanc constitutionem subtrahant dñis suis sectas suas, quas facere dñt, et quas ante tempus predicte transfretationis et hactenus facere consueuerunt, tunc per eandem iusticiam et celeritatem, quo ad dies prefigen̄ et districtiones adiudican̄ consequantur domini curiarum iusticiam de sectis illis perquiren̄ vna cum damnis suis, quemadmod̄ tenentes damna sua recuperarent, et hoc scʒ de damnis recuperan̄ intelligatur de subtractionibus sibi factis, et non de subtractionibus factis p̄decessoribus suis: veruntamen domini cur̄ versus tenentes suos seisinam de huiusmodi sectis recuperare nō poterunt per defaltam, sicut prius fieri consueuerunt. De sectis autem que ante tempus supradictum subtracte fuerunt: currat lex communis, sicut prius currere consueuit.

Cap. II.

¶ De turnis vic̄ prouisum est, q̄ necesse nō habeant ibi venire archiepiscopi, epi, abbates,

bates priores comites barones, nec aliqui viri religiosi, seu mulieres, nisi eorum presentia ob aliam causam specaliter exigatur, sed teneatur turnus sicut temporibus predecessorum domini regis teneri consueuit. Et qui in [illegible] hundred' habeant ten', non habeant necesse ad huiusmodi turnos venire, nisi in balliuis vbi fuerint conuersantes, et teneantur turni, secundum formam magne carte et sicut temporibus regum Ric et Joannis teneri consueuerunt.

Cap. 12.

¶ Prouisum est etiam, q' nec in itinere iustic nec in com' in hundred', nec in cur' baron' de cetero capiantur fines ab aliquibus pro pulchre placitando, neq' per sic q' non occasionentur. Et sciendum est, q' per istam constitutionem non tolluntur fines certi seu prestationes arrentate a tempore quo dominus rex primo transfretauit in Britanniam vsq' nunc.

Capit. 13.

¶ In placito vero dotis, quod dicitur vnde nihil habet, dentur de cetero quatuor dies per annum ad minus et plures, si commode fieri poterit. Ita q' habeant quinq' vel sex dies ad minus per annum. In assisis autem vltime presentationis, et in placito quare impedit de ecclesiis vacantibus, dent' dies de quindena in. xv. vel de tribus septimanis in tres septimanas, prout locus fuerit propinqu' vel remotus. Et in placito quare impedit si ad primum diem, ad quem summonitus fuerit non venerit: nec esson' miserit impeditor, tunc attachietur ad alium

diem, quo die si non venerit, nec essoñ mittat, distringatur per magnam districtionem superius datam. Et si tūc non venerit p̄ eius defaltam scribat̄ epō illius loci, q̄ reclamatio impeditoris illa vice conquerenti non obsistat: saluo impeditori alias iure suo cum inde loqui voluerit. Eadem lex de attachiamentis facienđ in omnibus breuibus, vbi atrachiament̄ iacent de cetō quo ad districtiões facienđ firmiter obseruetur. Ita q̄ scđm attachiamentū fiat p̄ meliores pleḡ et postmodum vltima districtio.

Cap. 14.

¶ Et sciendum est q̄ postq̄ aliquis posuerit se in inquisitionem aliquā, que emerserit vel emergere poterit in huiusmodi breuibus: non habebit nisi vnicum essoñ vel vnicam defaltam: ita q̄ si ad diem sibi datum per essonium suum non venerit, aut secundo die defaltam fecerit, tunc inquisitio illa per eius defaltam capiatur, & secundū inquisitionem illam ad iudiciū procedatur. Si vero inquisitio illa capt̄ fuerit in com̄, coram vic̄ vel coroñ, ad iustic̄ domini reḡ ad cert̄ diem est remittenđ. Et si pars rea nō venerit ad diem illum, tunc propter defaltā ipsius assignetur ei alius dies secundum discretionem iustic̄, et mandet̄ vic̄, q̄ ad diem illum faciat eum venire ad audienđ iudic̄ suum, si velit, secundū inquisitionem illam: ad quem diem si nō venerit, propter defaltam suam procedatur ad iudicium. Eodem modo fiat si non veniat ad diem sibi datum per essonium suum.

De

¶ De cartis vero exemptionis et liberta- Cap. 15.
tis ne ponantur impetrantes in assisis & iu-
ratis vel recognitionibus aliquibus pro-
uisum est q si adeo necessarium sit eorũ iu-
ramentum, q sine eis iustitia exhiberi non
poterit, veluti in magnis assisis & in peram-
bulationibus et in cartis vel scriptis con-
uentionum, vbi fuerunt testes nominati, aut
in attinctis vel aliis casibus consimilibus
iurare cogant, salua sibi alias libertate et
exemptione sua predicta.

¶ Nulli de cetero liceat ex quacunq; causa Cap. 16.
districtiones facere extra feodum suum, nec
in via regia, aut in cõmuni strata, nisi a do-
mino rege et ministris suis specialem aucto
ritatem ad hoc habentibus.

¶ Si heres aliquis post mortem antecesso- Capit. 17.
ris sui infra etatem extitit, & dñs suus custo
diam terrarum & teñ suorum habuerit, si dñs
ille dicto heredi cum ad legittimam etatem
puenerit, terram suam sine placito reddere
noluerit, heres ille terrã suã p assisam mor-
tis antecessoris recuperabit vna cum dam-
nis suis, que sustinuerit propter detentionẽ
illam, a tpe quo fuit legittime etatis. Et si
heres aliquis tempore mortis antecessoris
sui plene etatis fuerit, et ille heres appa-
rens, et pro herede cognitus et inuent sit
in hereditate illa, capitalis dominus eum
non eiiciat, nec aliquid ibi capiat vel amo-
ueat, sed tm inde simplicẽ seisinam habeat
pro recognitiõe domini sui, vt pro domino
cognoscat. Et si capit dñs hmoi heredem

¶ Quia etiam vic multotiens fingentes aliquos coram eis in tornis suis indictatos de furtis et aliis malefactis capiunt homines non culpabiles, nec legitimo modo indictatos, et eos imprisonant, vt ab eis pecuniam extorqueant, cum legittimo modo per. xii. Iuratores non fuerint indictati. Statutum est, q vic in tornis suis et alibi cum inquirere habeant de malefactoribus per preceptum regis, vel ex officio suo per legales homines adminus. xii. faciant inquisitiones suas de huiusmodi malefactoribus qui huiusmodi inquisitionibus sigilla sua apponant, et illos quos per huiusmodi inquisitiones inuenerint culpabiles, capiant et imprisonent secundum q alias fieri consueuit. Et si alios imprisonauerint q per huiusmodi inquisitiões indictatos, habeãt hmõi imprisonati actionẽ suã per breue de imprisonamento versus vic, sicut haberent versus quãcunq; aliã personã, qui eos imprisonaret sine waranto. Et sicut dictũ est vic obseruatur de quolibet balliuo libertatis.

Capit. 15.

¶ Cum de vasto facto in hereditate alicuius per custodes tenẽtes in dotem p legem Anglie, vel aliter ad terminũ vite vel annorum consueuerit fieri breue de prohibitiõe vasti, per quod breue multi fuerunt in errore credentes q illi qui vastum fecerint, non habuerunt necesse respondere, nisi tantũ de vasto

vasto facto post prohibitionem eis d irrectam, dominus rex vt huiusmodi error de cetero tollatur, statuit q de vasto quocunq ad nocumentu alicuius facto non fiat de cetero breue de prohibitione, sed de summonitione, ita q ille de quo queritur, respondeat de vasto facto quocunq tempore. Et si post summonitionem non venerit, attachietur, et post attachiamentum distringatur, et post districtionem si non venerit, mandetur vic, q in propria persona assumptis secum. xii. &c. accedat ad locum vastatum, et inquirat de vasto facto, et retornet inquisitionem, postq retornata fuerit inquisitio, procedatur ad iudiciu, secundum q continetur in statuto prius edito apud Glok.

Capit. 16.

¶ In omni casu quo minores infra etatem implacitari possunt, concessum est, q si huiusmodi minores elongati sint, quo minus personaliter sequi possint, propinquiores amici admittantur ad sequend pro eis.

Capit. 17.

¶ In casu quo alicui minori descendatur hereditas ex parte patris, qui tenuit de vno domino, et ex parte matris que tenuit de alio domino, dubitatio hucusq extiterit de maritagio huiusmodi minoris, ad quem de duobus dominis pertineat, concordatum est q ille dominus de cetero habeat maritagiu, de quo antecessor suus prius fuit feoffatus, no habito respectu ad seru nec ad quatitatem ten, sed solummodo ad antiquius feoffamentum per seruitium militare.

In

¶ In itinere iustic̃ nõ admittatur de cetero essoñ de malo lecti de teñ in eodem comitatu, nisi ille qui se facit essoniarẽ veraciter sit infirmus, quia si excipiatur petente, quod tenens nõ est infirmus, nec in illo statu quo minus venire potuit coram iusticiariis, admittatur eius calumnia. Et si hoc per inquisitionem conuinci poterit, vertatur illud essonium in defaltã, nec iaceat de cetero illud essonium in breui de recto inter duos clamantes per eundem descensum. Capit. 18.

¶ Cum debitum fuerit recuperatum vel in cur̃ regis recognitum, vel damna adiudicata, sit de cetero in electione illius qui sequitur ꝑ huiusmodi debito aut damnis sequi breue q̃ vic̃ fieri fac̃ de terris et catallis debitoris, vel q̃ vic̃ liberet ei omnia catall̃ debitoris exceptis bobus et affris caruce, ꝛ medietatem terre sue, quousq; debit̃ fuerit leuat̃ per rationabile precium et extent̃. Et si eiciatur de illo teñ, habeat recuperare per breue no. disseisine, et postea per breue redisseisina, si necesse fuerit. Capi. 19.

¶ Cum post mortem alicuius decedentis intestati, et obligati aliquibus in debito, bona deueniant ad ordinarium disponend̃, obligetur de cetero ordinarius ad respondendum quatenus bona defuncti sufficiunt eodem modo quo executores tenerentur, si testm̃ fecisset. Capit. 20.

¶ Cum iustic̃ in placito mortis antecessoris consueuerint admittere responsionem tenentis, quod petens non est propinquior heres Cap. 21.

heres

heres antecessoris, de cuius morte teñ petit, et hoc paratum est per assisam inquirere, concordat est, quod in breuibus de cõsanguinitate, auo, et proauo, que sunt eiusdem nature, admittatur eis responsio, et inquiratur, et secundum illam inquisitionem ad iudicium procedatur.

Capit. 22.

¶ Cum in statuto edito apud Gloc contineatur, quod si quis dimiserit terram alicui ad reddend valorem quarte partis teñ vel maioris, habeat ille qui dimisit vel eius heres, postquam cessatum fuerit a solutione per biennium, actionem petendi teñ sic dimissum in dominico. Eodem modo concordat est, quod si quis detineat domino suo seruicium debitum et consuetum per bienniũ, habeat dominus actionem petendi teñ in dominico per tale breue. Precipe A. quod iuste. &c. reddat B. tale teñ, quod A. de eo tenuit per tale seruicium, et quod ad pred B. reuerti debet, eo quod predictus A. in faciend predictum seruicium per biennium cessauit vt dicit. Et non solum in isto casu, sed in casu de quo fit mẽtio in predicto statuto Gloc fiat breuis de ingressu heredi petent super heredem tenent, et super eos quibus alienat fuerit huiusmodi teñ.

Capit. 23.

¶ Cũ duo vel plures teneat boscũ turbariã piscariã vel alia huiusmodi in cõi absque hoc quod aliquis sciat suũ separale, et aliquis eorũ faciat vastũ contra voluntatem alterius, moueatur actio per bre de vasto. Et habeat defendens cũ ad iudiciũ venerit, electionem capiendi partem

partem suā in certo loco per vic̄, et per visum, et sacr̄m ac assignationem vicinorum ad hoc elect̄ et iuratorū, vel q̄ concedat q̄ nihil capiat de cetero in huiusmodi bosco turbaria et aliis nisi scd̄m q̄ participes sui capere voluerint. Et si eligat capere partem suam in certo loco, assignetur ei locus vastatus in sua parte scd̄um q̄d fuit anteq̄ȝ vastū fecit. Et est tale breue in hoc casu, scȝ cum A. et B. teneant boscum pro indiuiso, B. fecit vastum. ꝛc.

Capi. 24.

¶ Habeant de cetero executores breue de compoto et eandem actionem et processum per illud breue, quale habuit mortuus et haberet, si vixisset.

Cap. 25.

¶ In casibus in quibus conceditur br̄e de cancellaria de facto alicuius de cetero non recedant querētes a cur̄ regis sine remedio, ꝓ eo q̄ ten̄ transfer̄ de vno in aliū. Et in registro de cācellaria nō est inuentū aliquod br̄e ĩ isto casu speciale, sicuti de muro domo mercato, cōceditur breue sup̄ eū qui leuauit ad nocumentum. Et si transferatur domus murus et his similia in aliā ꝑsonam, br̄e nō denegar̄, sed de cetero cum in vno casu conceditur br̄e in consimili casu, simili remedio indigente sicut ꝑrius fiat breue. Questus est nobis A. q̄ B. iniuste. ꝛc. leuauit domum murum mercatum et alia que sunt ad nocumentum liberi ten̄ sui, et si hm̄oi leuata ad nocument̄ transferant̄ in aliam personam, de cetero fiat breue sic. Questus est nobis A. q̄ B. ꝛ C. leuauerūt. ꝛc. Eodē modo sicut

personā alicuius ecclesie recuperare potest comunjam pastur per breue no. diss. Eodem modo de cetero recuperet successor sup disseisitorem vel eius heredem per breue quod permittat, licet huiusmodi breue prius in Cancellaria non fuerit concessum. Eodem modo sicut cōceditur breue, vtrum aliquod ten̄ sit libera elemosina alicuius ecclesie vel laicum feod, talis fiat de cetero breue vtrum sit libera elemosina talis ecclesie vel alterius ecclesie transferatur in possessiōem alterius ecclesie. Et quotienscunqȝ de cetero euenerit in cancellar, q in vno casu reperit breue, et in consimili casu cadente sub eodē iure, et simili indigent remedio, concordant clerici de Cancellaria in breui faciendo, vel atterminent querentes in proximo parliamento, et scribantur casus, in quibus concordare non possunt, et referant eos ad proximum parliamentum, ⁊ de consensu iurisperitorum fiat breue, ne cōtingat de cetero quod curia domini regis deficiat conquerentibus in iusticia perquirenda.

Capit. 26.

Quia non est aliquod breue de Cancellaria, per quod querentes habentes tam festinum remedium sicut per breue noue disseisine, dominus rex voluntatem hn̄s vt celeris fiat iusticia, et quod dilationes in placit cōmuni amputentur et abbreuiantur, cōcedit q breue assise no. diss. locum habeant in pluribus casibus q̄ prius habuit. Et concedit quod de estoueriis bosci proficuo capiendo in bosco de nucibus et glandibus et aliis fruc-

fructibus colligend', de corrodio liberatiōe bladi et aliorum victualium ac necessariorum in certo loco annuatim recipiend', tolneto, tronagio, passagio, pontagio, pannagio, et his similibus in certis locis capiend', custodiis boscorum parcorū forestarum chaccarum warennarum portarum et aliis balliuis et officiis in feod' iaceat de cetero assisa no. dis̄s, et in omnibus supradictis casibus modo consueto fiat breue de libero ten̄, et sicut prius iacuit et locū habuit in communia pasture, ita de cetero locum habeat in communia turbarie, piscarie, et aliis communia his similibus, quas quis habet ptinentes ad liberum ten̄ vel etiam sine ten̄ per spale fctm̄ ad minus ad terminum vite. In casu etiam q̄n quis tenens ten̄ ad terminum annorum vel in custod' illud alienat in feodo, et per illum alienatiōem transfertur liberum ten̄ in feoffatum, fiat remedium per breue no. dis̄s. Et habeantur pro disseisitoribus tam ille qui feoffat q̄z feoffatus, ita quod viuēte altero eorum locum habeat predictum br̄e, et si per mortem personarum cesset remedium per predictum breue, fiat remedium per breue de ingressu. Et quamuis superius fiat mentio de aliquibus casibus, de quibus locū non habuit prius breue noue dissesine, non propter hoc credat aliquis illud breue non competere, vbi prius competebat. Et licet dubitauerint quidam, vtrum in casu quo quis pascat alterius seperale fieri poterit remedium per predictum breue, teneat

pro certo q̄ in casu illo per predictū breue bonum et certum est remedium. Caueant de cetero illi qui nominati sunt disseisitores, q̄ non proponant falsas exceptiones, p̄ quas captio assise differatur, dicendo quod alias transiuit assisa de eodem teñ inter easdem partes, vel dicendo et mentiendo, quod bře de altiori natura pendet inter easdem ptes de eodem teñ, et super his et consimilibus vocent rotulos vel recordum ad warantū, vt per illam vocationem asportare possint vesturam, et leuare redditus et alia p̄ficua ad magnum detrimentum querētis. Et quia licet prius aliam penam non habuit, qui huiusmodi falsas exceptiones mendacit proposuit, nisi tantum q̄ post mendacium suum conuictum, p̄cessū fuit ad captionem assise, Dñs rex, cui odiose sūt hmōi false exceptiones, statuit, q̄ si quis disseisitor nominatus psonaliter proponat illam exceptionem ad diem sibi datum, si defecerit de waranto qd vocauit, habeatur pro disseisitore absq̄ recognitione assise, et restituat damna prius inquisita vel post inquirenda de duplo, et nihilominus pro falsitate sua puniat̄ per prisonam vnius anni. Et si illa exceptio pponat̄ p̄ balliuum, non propter hoc differat̄ captio assise, nec iudicium super restitutione teñ et dampñ, ita tñ q̄ si dñs illius balliui, qui absens fuerit, postmodum veniat corā iustic̄, qui assisam ceperint, et offerat verificare per recordum, et per rotulos, quod assisa alias transiuit de eodem teñ inter easdem

Sodem partes, vel quod querens alias se retraxit de breui consimili, vel placitum pendeat per breue de altiori natura, fiat ei breue de faciendo venire super hoc recordum, et cum illud habuerit, et videant iustic, q͛d recordum ita et missum valeret ante iudicium, quod per illud excluderetur querens ab actione sua, statim faciant iustic scire parti, que prius recuperauit, quod sit ad certum diem, ad quem rehabeat defendens seisinam suam et damna, si que prius solui per primum iudicium simul cum damnis que habuit post primum iudicium reddit, que ei restituantur in duplo, sicut supradictum est, et nihilominus puniatur ille qui primo recuperauit per prisonam secundum discretionem iustic. Eodem modo si defendens contra quem transiuit assisa in sua absentia ondat cartas vel quiet clam, super quarum confectione non fuerunt iurat examinat nec examinari potest, pro eo q͛ de eis non fiebat mentio in placitando, et probabilit ignorare poterunt confectionem huiusmodi scriptorum: Justic visis scriptis illis faciant scire parti, que recuperauit, q͛ sit ad certum diem coram eis, et venire fac iurat eiusdem assise: Et si per veredictum iuratorum vel forte per irrotulamentum scripta illa verificauerint, puniatur ille, qui assisam impetrauit contra factum suum per penam supradictam. Nec capiat vicec de cetero bouem a dissesito, sed a disseisitore tantum, et si plures sint dissesitores in vno

 breui

breue nominat, nihilominus de vno boue sit contentus, nec exigat bouem nisi de pcio v.s. vel precium.

Cap. 27. ¶ In breuibus de redisseisina adiudicentur de cetero damna in duplo, et sint redisseisitores de cetero irreplegiabiles per cōe bre. Et sicut in statuto de Merton puisum fuit illud breue de his que disseisit fuerit, postq̃ recuperauerint per assisam noue disseisine, mortis antecessoris, aut per alias iuratas vlterius de cetero habeat illud breue locū illis qui recuperauerint per defaltam redditionem aut alio modo sine recognitione assisarum vel iuratarum.

Capit. 28. ¶ Post q̃ aliquis posuerit se in inquisitionem aliquam ad proximum diem, allocetur ei essonium, sed ad alios dies sequentes per essonium non differatur captio inquisitiōis siue prius habuit esson siue non. Nec admittatur esson post diem dat preceptum, in casu, in quo partes consentiunt venire sine esson.

Capit. 29. ¶ Cum per statutū westm. i. statuatur quod postquam tenentes semel comparuerint in curia, non allocetur eis esson in breuibus assisarum, eodem modo de cetero obserue depetentibus.

Cap. 30. ¶ Breue de transgr ad audiendum et terminandum de cetero non concedatur corā aliquibus iustic, except Iustic de vtroque banco et Iustic itinerātibus, nisi p enormi transgr, vbi necesse est apponere festinum remedium. Et dominus rex de gratia sua

spe

speciali hoc duxerit concedenð. Nec etiam de cetero concedatur breue ad audienð et terminanð appella coram iustic̄ assigñ, nisi in speciali casu et certa causa cum dominus rex hoc preceperit, sed ne huiusmodi appellati vel indictati diu detineantur in prisona habeant breue de odio ⁊ atia sicut in magna Carta et aliis statutis dictum est.

¶ Assignentur de cetero duo iustic̄ iurati, coram quibus et non aliis capiantur assise no. dissesine mortis antecessoris, et attincte et associent sibi duos vel vnum de discretioribus militibus coñ, in quem venerint, et capiant assisas predictas et attinctas ad plus ter per annum, vez semel inter quindenam sancti Joannis Bapt. et gulam Augusti, et iterum inter festum Exaltationis sancte Crucis, et octob. sancti Michaelis, ⁊ tertio inter festum Epiphanie et festum purificationis beate Marie. Et in quolibet coñ, ad quamlibet captionem assise anteq̄ recedant, statuant diem de reditu suo, ita q̄ omnes de coñ scire possunt eorum aduentum, et de terminis in terminum adiornent assisas, si per occasionem waranti per essoñ vel per defectum recognitorum, ut ad vnum diem captio earum differatur. Et si aliquis de causa viderint, quod vtile sit, quod assise mortis antecessoris per essoñ vel vocationem waranti respectuare adiornentur in banco, liceat eis hoc facere, et tunc mittant iustic̄ de banco recordum cum breui originali. Et cum loquela perueniatur ad capti-

Cap 31.

onem assise, remittatur loquela cum breui originali per iustic de banco, ad priores iustic, coram quibus capiat̃ assisa, sed de cetero dēt iustic de banco in huiusmodi assisis ad minus quatuor dies per annum corā p̄fat̃ iustic assignat̃, vt percant laboribus et expensis. Atterminentur inq̄sitiones capiend̃ de transgr̃ placitat̃ coram iustic de vtroq; banco, nisi ita enormis sit transgr̃, q̃ magna indigeat examinatione. Atterminentur etiam inquisitiones coram eis de aliis placitis placitatis in vtroq; banco, in quibus facilis est examinatio, vt q̄n dedicitur ingrũs vel sesina alicuius, vel in casu cū de vno articulo sit inquirend̃, sed inquisitiones de grossis & pluribus articulis, que magna indigeant examinatione, capiantur coram iustic de bancis, nisi ambe partes petant, q̃ inquisitio capiatur coram aliquibus de societate, cum in partes illas venerint, quod de cetero non fiat nisi per duos iustic vel vnum cum aliquo milite de com̄, in quem partes consentiūt, nec atterminentur huiusmodi inquisitiones coram aliquibus iusticiariis de banco, nisi statuatur certus dies & locus l com̄, in presentia partiū, et dies et locus inserantur in breui de indicio p hec verba. Precipimus tibi q̃ venire fac̃ coram iusticiariis nostris apud westm̄, in octab. sancti Michaelis, nisi talis et talis tali die et loco ad partes illas venerint. xii. &c. Et cum huiusmodi inquisitiones capte fuerint, retornentur in bancis, et ibi fiat

indi

iudicium et irrotulentur. Et si omissa forma predicta alique inquisitiones capiantur, pro nullis habeantur, excepto quod assise vltime presentationis et inquisitiones sup Quare impedit atterminentur in proprio com̄ coram vno iustic̄ de banco, et vno milite ad certos tamen diem ꝛ locum in banco statutos, siue defendens cōsentiat siue non, et ibi statim reddatur iudicium. Habeant de cetero omnes iustic̄ de bancis in itineribus clericos irrotulantes omnia placita coram eis placitat̄, sicut antiquitus habere consueuerunt. Item ordinatum est, qꝛ iusticiarii ad assisas capiend̄ assignati non compellant iuratores dicere precise, si sit disseisina vel non, dummodo dicere voluerint veritatem facti, et petere auxilium iusticiar̄, sed si sponte velint dicere, quod disseisina est vel non, admittatur eorum veredictum sub suo periculo. Et de cetero non ponant iustic̄ in assisis aut iuratis aliquos iurat̄, nisi eos qui ad hoc prius fuerunt sum̄.

Capit. 32.

Cum aliquis implacitat̄ coram aliquib⁹ iustic̄ ꝓponat exceptionem, et petat quod iustic̄ eam allocent, quam si allocare noluerint, si ille q̄ exceptionem ꝓposuerit, scribat illā exceptionē, et petat, qꝛ iustic̄ sigillū suū appon̄ in testim̄. Et si vnus apponere noluerit, apponat ali⁹ de societate. Et si forte ad querimoniam de facto iustic̄ venire fac̄ dominus rex recordum coram eo, et si illa exceptio non inueniatur in rotulo, et querens osten-

ostendat exceptionem scriptam sub sigillo iustic appenso, mandet iustic, q sit ad certū diem, ad cognoscēdū sigillū suū vel ad dedicendum. Et si iustic sigillum suū dedicere nō possit, pcedat ad iudiciū scdz illā exceptionem, put amittend esset vel cassand.

Capit. 33.

Cum viri religiosi et alie persone ecclesiastice implacitent aliquem, et implacitat fecerit defaltam, ob quam teneñ amittere debeat, quia iustic huiusq tenuerunt, qd si implacitat fecerit defaltam p collusionem, vt cum petens occasione statuti per titulum doni vel alterius alienationis seisinam de teñ consequi non posset per illam defaltam consequeret, et sic fieret fraus statuto. Ordinat est per dominum regem & concessū in hoc casu, quod postq defalta facta fuerit inquiratur per patriam, vtrum petens habeat ius in sua petitione vel non. Et si compertum fuerit, quod petens ius habuerit, procedatur ad iudicium pro petente, et recuperet seisinam suam. Et si ius non habuerit, incurratur teñ proximo domino feodi, si illud petat infra annum a tempore inquisitionis capte. Et si infra annum non petat, superiori domino incurratur, si petat infra dimidium annum post illum annum. Et sic habeat quilibet dominus post proximum dñm spacium dimidii anni ad petendum successiue, quovsq perueniatur ad regem cui ad vltimum pro defectu aliorum dominorum teñ incurratur. Et ad calumniandum iur inquisitionis admittantur quicunq capitales

p alesdomini feodorum', et similiter pro rege qui calumniare voluerint, et remaneat terra postq̄ iudicium clarum fuerit in manū dn̄i regis, quousq̄ ten̄ p petent vel p aliquē capitalem dn̄m disrationetur, et oneretur vic ad respondend inde ad sccm̄.

Capit. 34.

Quia multi tenentes erigunt cruces in ten̄ suis, aut erigi permittunt in p̄iudicium dominorum suorum, vt tenentes per priuilegium templariorum & hospitaliorū tueri se possent contra capitales dominos feodorum. Statutum est, quod huiusmodi ten̄ capitalibus dominis aut regi incurratur eodem modo quo statuit alibi de tenement alienat ad manum mortuam.

Capi. 35.

Purueu est q̄ si home rauyst feme espouse, dameself, ou autre femme desormes, par la ou ele ne soit assentus, ne auaunt ne apres, eyt iugement de vie et de membre. Et ensement par la ou home rauyst femme, dame, espouse, dameself, ou auter femme a force, tout soyt que ele soy assent apres, et tiel iugement come deuaunt est dit, sil soit atteint a le suite le roy, et la eyt le roy sa suite. De mulieribus abduct cum bonis virorum suorum habeat rex sectam de bonis sic asportatis. Et vxor si sponte reliquerit virū suū, & abierit, et moretur cum adultero suo, amittat imperpetuum actionem petendi dotem suam, que ei competere posset de ten̄ viri sui, si super hoc conuincatur, nisi vir suus sponte, et absq̄ cohertione ecclesiastica, eā reconsilier, et secum cohabitare permittat,

in quo casu restituatur ei actio. Qui monialem a domo sua abducat, licet monialis cōsentiat, puniatur per prisonam trium annorum, et satisfaciat domui, a qua abducta fuerit, competenter, nihilominus redimatur ad voluntatem regis.

Cap. 36. ¶ De pueris masculis siue femellis, quorū maritagium ad aliquem pertineat, raptis et abductis, si ille qui rapuit non habens ius in maritagio, licet postmodum restituat puerum non maritatum, vel de maritagio satisfecerit, puniatur tn̄ pro transgr̄ per prisonam duorum annorum. Et si non restituerit, vel heredem post annos nubiles maritauerit, et de maritagio satisfacere non poterit, abiuret regnum, vel habeat perpetuam prisonam. Et super hoc habeat querens tale breue. Si A. fecerit te securū. &c. tunc pone per vad. &c. B. quod sit coram iustic nostris. &c. ostensur quare talem hered infra etat existen̄, cuius maritagium ad ipsum pertinet, tali loco inuent rapuit et abduxit contra voluntatem ipsius A. et contra pacem. &c. Et si heres sit in eodem com̄, tunc addatur ista clausula. Et diligenter inquiras, vbi ille heres sit in balliua tua, ipsum vbicunq̄ inuent fuerit capias et saluo et secure custodias, ita quod eum habeas corā prefat iustic nostris ad prefatum terminū, ad redden cui predictorum A. et B reddi debeat. Et fiat secta versus partem, de qua queritur, quousque per districtionem venerit, si habeat per quod distringi poterit, vel per

per contumaciam si non sit iusticiabilis exigatur et vtlagetur. Si forte huiusmodi heres ducatur et transferatur in alium com, tunc vic illius com fiat tale breue sub hac forma. Questus est nobis A. quod B. nuper talem heredem infra etatem et in custodia sua existen, tali loco, in com tali rapuit, et de comitatu illo ad talem locum in comitatu tua abduxit, contra voluntatem ipsius A. et contra pacem. &c. Et ideo tibi precipimus, quod predictum heredem, vbicunque eum in balliua tua inuenire poteris, captas et saluo et secure eum custodias, ita quod eum habeas coram iusticiariis nostris. &c. tali die, quem idem A. habet versus predictum B, ad reddendum cui de iure reddi debeat. Et si heres antequam inueniri poterit, vel antequam restituatur querenti, obierit, nihilominus procedat placitum inter eos, quousque terminetur, cui restitui deberet, si superstes fuisset, nec excusabitur, aut alleuiabitur ille, qui iniuste rapuit huiusmodi hered de pena supradicta per mortem heredis, cuius extitit male fidei possessor dum vixit. Et si querens obierit ante placitum terminatum, si ius ei competebat ratione proprii feodi sui, resummoneat loquela ad sectam hered querentis, et pcedat placitum debito ordine. Si vero per alium titulum competat ei ius, sicut titulo donationis, venditionis, aut alio huiusmodi titulo, tunc resummoneat loquela ad sectam executorum querentis, et

procedat

procedat placitum, vt predictum est. Eodẽ modo si moriatur pars defendens anteq̃ placiti terminetur vel heres restituatur, procedat placitum per resum̃ inter querentem vel eius heredem seu executores, et executores defendentis vel eius heredes, si executores non sufficiant, quo ad satisfactionem de valore maritagii secundum quod in aliis statutis continetur, sed non quo ad penam prisone, quia quis pro alieno facto non est puniendus. Eodem modo cum pendeat placitum inter partes de custodia terre vel heredis vel vtriusq̃ per cõe breue, q̃d incipit. Precipe tali. ⁊c. q̃ reddat. ⁊c. fiat resum̃ monitio inter heredes et executores quer̃etis, et similiter heredes aut executores defendentis, si mors alteram partem preueniat ante placitum terminatum. Et cum perueniatur ad magnam districtionem, det terminus, infra quem tres com̃ teneantur ad minus, in quorum quolibet com̃ fiat publica pclamatio q̃ deforciator veniat ad bancũ ad diem in breui contentum, responsurus querenti, ad quem diem si non venerit, et proclamatio sic semel secundo ⁊ tertio testificat fuerit, procedatur ad iudicium pro querente, saluo iure defendent, si postmodũ inde loqui voluerit. Eodẽ modo fiat in bře de transgr̃, cum quis queritur se eiectum fuisse de huiusmodi custodii ⁊.

Cap. 37.

¶ Quia domini cur̃ et alii qui cur̃ tenent et Senescalli volentes grauare subditos suos, cum non habeant legalem viam eos grauandi,

uandi, procurant alios mouere querelas versus eos, et dare vadium, et offerre plegiū, vel impetrare breuia, et ad sectas hmoi querentium compellunt eos sequi com̄, hūdred, wapentachium, et cur̄ quousq̧ finem fecerint cum ipsis pro voluntate sua, statutum est, quod hoc de cetero non fiat. Et si aliquis per huiusmodi falsas querimonias fuerit attachiatus, replegiat districtionem suam sic captam, et poni fac̄ loquelam corā iustic̄, coram quibus sic vic̄, vel alius balliuus, vel dominus, postq̄ sic districtus formauerit querimoniam suam, aduocauerit iustam districtionē ratione huiusmodi querimoniarum coram eis factarum, et replicetur, quod huiusmodi querimonie mouebantur versus eos maliciose ad instantiam seu procurationem vic̄ aut aliorum balliuorum, aut dominorum, admittatur illa replicatio. Et si super hoc conuicti fuerint, versus dominū regem redimantur, ꝛ nihilominus huiusmodi sic grauatis damna in triplo restituātur.

Cap. 38.

¶ Quia etiam balliui, ad quos ex officio pertinet districtiones facere, grauare volentes subditos suos, vt ab eis pecuniam extorqueant, mittunt ignotos ad faciend districtiones, ea intentione, vt subditos grauare possint per hoc quod sic districti non habentes noticiam personarum non permittunt huiusmodi districtiones super eos fieri. Statutum est, q̄ nulla districtio fiat nisi per balliuos notos ꝛ iuratos. Et si alio

modo districtiones fecerint, et de hoc conuicti fuerint, si grauati breue de transgr. impetrauerint, restituant grauatis dampna, et versus regem grauit puniant.

Cap. 39. De pit' q ponēd. fuit — assis' & iurat'

¶ Quia etiam vic, hundredar, et balliui libertatum cōsueuerūt grauare subdit suos, ponendo in assisis et iuratis homines languidos et decrepitos, perpetua vel temporali infirmitate languentes, hoies etiā tpe sum̄ in p̄ria non cōmorantes summoniendo etiam effrenatam multitudinem iuratorū, ita vt a quibusdam eos in pace dimittendo pecuniam extorqueant, et sic fiunt assise et iurate multotiens per pauperes, diuitibus pro suo dando domi cōmorantibus. Statutum est, quod de cetero non summoneant in vna assisa plures q̄. xxiiii. Senes etiam videlicet vltra. lxx. annos perpetua lāguidi vel tempore summonitionis infirmi, vel in patria non commorantes, non ponant in iuratis vel minoribus assisis. Nec etiam ponantur in assisis vel iuratis, licet in proprio com capi debeant aliqui qui minus teñ habeant quam ad valentiam viginti solidorum per annum. Et si huiusmodi assise et iurat extra com̄ capi debeant, non ponantur in eis aliqui qui minus teñ habeant quam ad valentiam quadraginta solidorum per ānum, illis exceptis qui testes sunt in cartis vel aliis scriptis, quorum presentia necessaria est, dum tamen potentes sint ad laborandum, nec debet istud statutum extendi ad magnas assisas, in quibus opor-

oportet aliquando ponere milites, in patria non residentes, propter paucitatem militum, dum tamen tenement habeant in in com̄. Et si vic̄ vel subballiui sui, vel balliui libertatum, contra istud statutum in aliquo articulo venerint, et super hoc conuincatur, restituant damna grauatis, et nihilominus sint in misericordia domini regis. Et habeant iustic̄ ad assisas capienð assigñ. cum in com̄ venerint, potestatem audiendi querimonias singulorum conquerentium, quo ad acticulos in isto statuto contentos, et iusticiam in forma predicta exibenð.

Cap. 40. ¶ Quia insticiarii, ad quorum officium spectat vni cuique coram eis placitanti iusticiam exhibere, frequentius impediuntur, quo minus officium suum debito modo exequi possint, per hoc quod vic̄ breuia origïnalia et iudicialia non returnant, per hoc etiam quod ad breuia domini regis falsum returnant responsum. Prouidit dominus rex et ordinauit, q̄ illi qui timent maliciā vic̄ liberent b̄ria sua originalia et iudicialia in pleno com̄ vel in retro com̄. vbi fit collatio denar̄ dn̄i regis, et capiatur bilettum de vic̄ presente vel subuic̄, in quo biletto cōtineātur noīa petentium et tenenc̄ in b̄ri noiat̄, ⁊ ad requisitionē illius q̄ b̄re liberauit apponat̄ biletto sigillum vic̄ vel subvic̄ in testim̄, et fiat mentio de die liberationis breuis. Et si vicec̄ vel subuic̄ hm̄oi biletto sigillum suum apponere noluerit, capiatur

testimonium militum & aliorum fide digno rum, qui presentes fuerint, qui sigilla sua huiusmdoi biletto apponant. Et si vic̃ bn̄ia sibi liberat̃ non retornauerit, et super hoc ad iusticiarios perueniat querimonia, mandet̃ per breue de iudicio iustic̃ ad assisas capiendas assign̄, q̄ inquirent per eos qui presentes fuerint, qn̄ breue vic̃ liberatum fuit, si sciuerint de illa deliberatione, et inquisitio returnetur. Et si compertum fuerit per inquisitionem, quod breue fuit ei liberat̃, adiudicentur querenti vel petenti damna, habito respectu ad qualitatem & quantitatem actionis, et ad periculum, quod ei euenire posset per dilationem, quā patiebatur. Et per istam viam fiat remedium quando vic̃ respondet, q̄d breue adeo tarde venit, quod preceptum regis exequi non potuit.

Multotiens etiam capiunt placita dilationes per hoc quod vic̃ respōdet, q̄ precepit balliuis alicuius libertatis, qui nihil inde fecerint, et nominet libertates, que nunq̄ retornum breuium habuerunt. Propter q̄d ordinauit dominus rex, q̄ thesaurarius et barō de scaccario liberent in rotulo oēs libertates, in quibuscunq̄ com̄, qui hn̄t retornum breuium. Et si vic̃ respondet, q̄ retornum fecit balliuo alterius libertatis q̄ alicuius cōtente in predicto rotulo, statim puniatur vic̃ tanq̄ exheredator regis et corone sue. Et si forte respōdeat, q̄ retornauit balliuis alicuius libertatis, que veraciter retornum h̄z, mandetur vic̃, quod non

onuit-

omittat propter aliquam libertatem predictam, quin exequatur preceptum domini regis, et quod scire faciat balliuis, quibus fecit returnum, quod sint ad diem in breui contentū, ad respōdend, quare de precepto domini regis executionem non fecerint. Et si ad diem venerint, et se acquietent, quod returnum breuis non fuit eis factum, statim condemnetur vic domino illius libertatis, et similiter parti lese per dilationem in restitutionem damnorum. Et si ad diem non venerint balliui, et supradicto modo se non acquietauerint in quolibet breui de iudicio, quamdiu durat placitum, precipiatur vic, quod non omittat propter libertatem. &c. Multotiens etiam vic falsum dant responsum, quo ad illū articulum quod de exit &c, mandantes aliquando et mentientes, quod nulli sunt exitus, aliquando quod parui sunt exitus, cū de maioribus respōdere possint, aliquando non facientes mentionem de exit. Propter quod ordinat est, et concordat, quod si querens petat auditum responsionis vic, concedatur ei. Et si offerat verificare, quod vic de maioribus exitib regi respondere potuit, fiat ei breue de Judicio ad Justic ad assisas capiend assignatos: quod inquirant in presentia vic, si interesse voluerit, de quibus et quantis exit vic respondere potuit a die impetrationis bris vsque ad diem in breui contentum, et cum inquisitio retornata fuerit, si de pleno prius non responderit, oneretur de superplusagio

per extractas iustic liberatas ad scem, et nihilominus grauiter amercietur pro concelamento. Et sciat vic, quod reddit blada in grangiis, et omnia mobilia pret equitaturam, indumenta, et vtensilia domus continentur sub nomine exitum. Et precepit dominus rex, qr vic pro huiusmodi falsis responsionibus semel et iterum, si sit necesse, per iustic castigentur. Et si tertio deliquerint, alius non appon manum q̄z dominus rex. Multotiens etiam falsum dant responsum, mandando qd non potuerunt prosequi preceptum regis propter resistentiam potestatis alicuius magnatis, de quo caueat vic de cetero, quia huiusmodi responsio multum redundat in dedecus domini regis et corone sue. Et q̄cito subballiui sui testificentur, quod inuenerūt hmoi resistentiam, statim omnib9 omissis, assumpto secū posse com sui, eat in propria persona sua ad faciend execucionem. Et si inueniat subballiuos suos mendaces, puniat eos per prisonam, ita quod alii per eorum penam castigentur, et si inueniat eos veraces, castiget resistentes per prisonā, a qua non deliberentur sine speciali p̄cepto dni regis. Et si forte vic cum venerit, resistentiā inuenerit, certificet cur de nominibus resistentium, auxiliantium, consencientium, precipientium, et fautorum, et p breue de iudicio attachient per corpora ad veniendum ad cur regis. Et si de huiusmodi resistentia conuincantur, puniantur secundum quod domino regi

pla

placuerit. Nec intromittat se aliquis minister dñi regis de pena huiusmodi infligẽda, quia dñs rex hoc sibi specialit reseruat, pro eo quod hmoi resistentes tenẽtur pacis sue et regni perturbatores.

Capit. 41.

¶ Cum quis alienat ius vxoris sue, cõcordat est, quod de cetero secta mulieris aut eius heredis nõ differatur post obitum viri p minorem etatem heredis, qui warãtisare debet, sed expectat emptor qui ignorare nõ debuit, q ius alienũ emit vsq ad etatẽ waranti sui de warantia sua habenda.

Capit. 42.

¶ Statuit dñs rex, quod si abbates, priores, custodes hospitalitatum, et aliorum domorum religiosarum fundatarum ab ipso vel a progenitoribus suis alienauerint de cetero teñ domibus ipsis ab ipso vel a progenitoribus suis collata, teñ ill in manum domini regis capiantur, et ad voluntatem suam teneantur, et emptor amittat suum recuperare tam de teñ quam de pecunia, quã pacauit. Si aũt domus illa a com, baroñ, vel ab aliis fundat fuerunt, de teñ sic alienat habeat ille, a quo vel a cuius antecessore teñ sic alienat collatum fuerit, breue ad recuperanđ teñ illud in dominico, quod tale est. Precipe tali abbati, quod iuste, &c. reddat B. tale teñ, quod eidem domui collatum fuit in liberam elemosinam per predict B. vel antecessores suos, et q ad pdict B. reuerti dz per alienationem, quam predictus abbas fecit de predicto teñ contra formam collatiõis predicte, vt dic. Eodem

modo de teñ dat pro cantaria sustentanda vel luminari in aliqua ecclesia vel capella, vel alia elemosina sustentanda, si teñ sic dat alicenetur, et si forte teñ sic dat ꝑ cantaria, luminari, pastu pauperum, vel alia elemosina sustentanda vel faciend non fuerit alienat, sed subtracta fuerit huiusmodi elemosina per biennium, cõpetat actio donatori aut eius heredi ad petendum teñ sic dat in dominico, sicut statut est in statuto Gloc, de teñ dimissis ad faciendum vel reddendum quartam partem valoris teñ vel maioris.

Capit. 43. ¶ De marescallis domini regis de feodo, camerarijs, custodibus hostiorũ in itinere iustic, et seruientibus virgam portantibus coram iustic, apud westm, qui officium illud habent de feodo, et qui plus exigunt ratione feodi sui quã exigere consueuerunt secundum quod multi queruntur per eos, qui stat cur a multo tempore viderunt ⁊ sciunt, dominus rex inquiri fecit, quem stat predicti ministri de feodo habere consueuerũt temporibus retroactis, ⁊ per inquisitionem statuit et precepit, ꝙ marescallus de feodo qui de nouo exigit palefridũ, de com, baroñ et alijs per partem baronie tenent, qñ homagium fecerint, et nihilominus ad militiam eorum aliquid palefridum, ⁊ de quibusdam de quibus palefridum habere non debuit, palefridum de nouo exigit, ordinauit quod predictus marescallus de quolibet comite et barone, integram baroniam tenente,

nente, de vno palefrido sit contentus vel de precio, quale antiquitus percipere consueuit, ita quod si ad homagium, quod fecit, palefridum vel precium in forma predicta ceperit, ad militiam suam nihil capiat. Et si forte ad homagium nihil ceperit, ad militiam suam capiat. De abbatibus et prioribus integram baroniam tenentibus, cum homagium aut fidelitatem pro baroniis suis fecerint, capiat palefridum vel precium, vt predictum est. Hoc idem de archiepiscopis et episcopis obseruandū est. De his autem qui partem baronie tenent, siue sint religiosi siue seculares, capiat secū dum portionem partis baronie, quam tenent. De religiosis tenent in liberam elemosinam, et non per baroniam vel partem baronie, nihil de cetero exigat marescallus. Et concessit dominus rex, quod per hoc statutum non excludatur marescallus suus de feodo in plus petendo, si imposterū osten dere poterit, quod ius habeat plus petēdi. Camerarii domini regis habeant de cetero de archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, et aliis personis ecclesiasticis, com̄, baron̄, integram baroniam tenent, ra tionabilem finem cum homagium aut fidelitatem pro baroniis suis fecerint. Et si per partem baronie teneant, capiant rationabilem finem secundum portionem ipsos cō tingentem. Alii vero abbates, priores, reli giosi, et seculares non tenentes per baroniam vel partem baronie, non distringantur

 ad-

ad finem facienđ, secundum quod de tenentibus per baroniam vel partem baronie dictum est, sed sit camerarius de superiori indumento cōtentus vel de precio indumenti, quod plus honeste dictum est pro religiosis quam secularibus, quia honestius est, quod religiosi faciant pro superiori indumento, quam exuant.

Capit. 44. ¶ Prohibeatur de cetero hospitalariis et templariis, ne de cetero trahant aliquem in placitum coram conseruatoribus priuilegiorum suoꝝ de aliqua re, cuius cognitio spectat ad forum regium, quod si fecerint, primo restituant damna parti grauate, et versus dominum regem grauit puniantur. Prohibet etiam dominus rex conseruatoribus priuilegiorum eorundem, ne de cetero ad instantiam hospitalariorum, templariorum, aut aliorum priuilegiatorum concedant citationes priusq̄ exprimatur super qua re fieri debeat citatio. Et si viderint conseruatores, q̄ petatur citatio de aliqua re, cuius cognitio spectat ad forum regiū, huiusmodi conseruatores nec citationem faciant nec cognoscant. Et si aliter fecerint conseruatores, respondeant parti lese de damnis, et nihilominus versus dñm regem grauiter puniantur. Et quia huiusmodi p̄uilegiati impetrāt cōseruatores, subpriores, p̄sentores, sacristas religiosos, q̄ nihil hñt vnde lesis aut dño regi satisfacere possint, q̄ audatiores sint ad ledenđ dignitatem dñi regis q̄ȝ coꝝ superiores, quib⁹ p coꝝ tpalia pena

pena potest infligi. Caueant de cetero plati huiusmodi obedientiariorum, ne permittant obedientiarios suos assumere sibi iurisdictionem in preiudicium domini regis et corone sue, quod si fecerint pro facto ipsorum respondeant sui superiores, ac si de proprio facto suo conuicti essent.

¶ De custodibus hostiorum in itineribus virgam portant coram iustic de banco ordinat est quod de qualibet assisa et iurata quam custodiunt capiant decem denarios tantum, de chirographis nihil. De his qui recuperant demandas suas versus plures per defaltam redditionem vel alio modo per iudicium sine assisa vel iurata nihil. De his qui recedunt sine die per defalt petentis vel querentis, nihil capiant. Et si quis recuperauit demandam suam versus plures per vnum breue et per recognitionem assise vel iurate, de quatuor denariis sint contenti. Et similiter si plures in vno breui nominat per recognitionem assise vel iurate recuperauerint demandam, de quatuor denariis sint contenti. De his qui faciunt homagium in banco, de superiori pano sint contenti. De magnis assisis attinctis iuratis et duello percusso. xii. d. tantum capiant. De his qui vocati sunt coram iustic, ad sequend vel defendend placitum suum, nihil dent pro egressu vel ingressu. Ad placita corone de qualibet duodena. xii. d. capiant. De quolibet prison deliberato. iiii. d tantum capiantur. De quolibet, cuius par proclamata fuerit. xii. d. tantum capiantur. De inuentoribus vicinorum occisorum et aliorum attachiat ville,

Capi. 45.

De custodibus hostiorum itinerantibus

ville, quatuor hominibus de decennas nihil capiatur. De chirographariis pro chirographo facienð statut est, quod de quatuor solidis sint contenti. De clericis scribenð breuia originalia et iudicialia statutū est, quod pro vno breui de vno denar sint contenti. Et iniungit dominus rex omnibus et singulis iustic suis in fide et sacro, quibus ei tenentur, q̄ si huiusmodi ministri contra prediceum statutum in aliquo articulo venerint, et querimonia ad eos perueniat, penam eis infligant rationabilem. Et si iterum deliquerint, maiorem penam eis infligant, qua castigari merito debeant. Et si tertio deliquerint, et super hoc conuicti fuerint, si sint ministri de feodo, amittant feoð suū, et si alii sint, amittant cur regis, nec redeant sine ipsius regis speciali precepto aut gratia.

Capit. 46.

¶ Quia de his que recordata sunt coram cancellario domini regis et eius iustic, qui recordum hñt, et in rotulis eorū irrotulat, non debet fieri processus placiti per sum, attachiamenta, essoñ, visus terre, et alias solempnitates cur, sicut fieri consueuit de cōtract et conuentionibus factis extra curiā, obseruandum est de cetero, quod ea que inueniuntur irrotulat coram his, qui recordū hñt, vel in finib⁹ content, siue sint contractus, siue conuentiones, siue obligationes, siue seruitia, aut consuetudines, recognita, siue alia q̄cunq; irrotula, quibus cur domini regis sine iur et consuetudinis offensa, auctori-

ctoritatem prestare potest, talem de cetero habeant vigorem, qd no sit necesse imposterum de his placitare, sed cu venerit conqrens ad cur dni regis, si recens sit cognitio vel finis leuat videlz infra annu, statim habeat bre de executione illius recognitionis facte. Et si forte a maiori tpe trasacto fcta fuerit illa recognitio vel finis leuat, pcipiat vic qd scir faciat parti, de qua sit querimonia, qd sit ad certum diem coram iustic, ostens, si quid sciat dicere, quar huiusmodi irrotulat, vel in fine content executionem habere no debeant. Et si ad die non venerit, vel forte & nihil sciat dicere, quare executio fieri non debeat, precipiatur vic, quod rem irrotulat vel in fine content exequi faciat. Eodem modo mandetur ordinario in suo casu obseruat, nihilominus qd supradictu est de medio, qui per recognitionem aut iudicium obligat est ad acquietand.

Capi. 47.

¶ Cu in statuto edit apd Merton ca. 4. concessum fuerit, quod domini vastoru, boscorum, et pasturarum appruare se possint de vastis boscis et pastur ill non obstante contradictione tenentium suorum, dummodo tenentes ipsi haberent sufficientem pastura ad ten sua cum libero ingressu et egressu ad eand. Et p eo qd nulla fiebat mentio inter vicinum et vicinum multi domini vastoru boscorum et pastur hucusq impediti extiterint per contradictionem vicinorum sufficientem pasturam habentium. Et quia forinseci tenentes non habent maius ius communi

municandi in bosco vast aut pastur alicui⁹ dñi q̃: propriu tenentes ipsius domini, sta- tutum est de cetero q' statutũ apud Merton̄ prouisum inter dñm et tenentes suos, locũ habeat de cetero inter dominos vastorum boscorum ⁊ pasturarũ et vicinos, salua suffi cienti pastura hominibus suis et vicinis, ita q' dñi huiusmodi vastorũ boscoꝝ et pastur, appruare se possint de residuo, et hoc obser uetur de his, qui clamant pasturam tanq̃ ptinentem ad ten̄ suum. Sed si quis clamat communiam pasture per speciale feoffamen tum, vel concessionem ad certum numerum aueriorum, vel alio modo quod de iure c̃ t habere deberet, cũ conuentio legi derog t, habeat suum recuperare, quale habere debe ret per formam concessionis sibi facte. Oc- casione molendini ventricii, bercarie, vac- carie, augmentationis curie necessarii aut curtilagii, de cetero non grauetur quis per assisam noue disseisine de communia pasture Et cum contingat aliquando, quod aliquis ius habens, se appruare fossatũ, aut sepem leuauerit, et aliqui noctant vel alio tali tẽ- pore quo non credant factum eorum sciri, fossatum aut sepem prostrauerint, nec scire poterit per veredictum assise aut iurate, qui fossat aut sepem prostrauerint, nec velint homines de villatis vicinis indictare de hu iusmodi facto culpabiles, distringantur propinque villate circumadiacentes leuar fossat aut sepem ad costum proprium, et damna restituere. Et cum aliquis ius non

habens

habens coscandi vsurpet cōiam, tempore quo heredes infra etatē extiterint, vel vxores sub potestate virorū suorū existentes, vel pastura sit in manu tenentiū in dotem p legem Angl, vel alit ad terminū vite vel annorū, vel per feodū talliatū, & pastura illa diu fuerint vsi, multi sunt in opinione, q̄ hmōi pasture debent dici pertinere ad liberū teñ, & q̄ hmōi possessori competere debet actio p breue no. diss, si ab hmōi pastura deforciet. sed de cetero tenend est, q̄ habentes huiusmodi ingressū a tempore quo currit breue mortis antecessoris, si antea cōmuniam non habuerint, non habeant recuperare p breue noue disseisine, si fuerint deforciati.

¶ Prouisum est, q̄ aque de Humbre, Ouse, Aire, Derewēt, wherff, Nyddiore, Swale, Tese, Tyñ, Eden, & oēs alie aque, in quibus salmones captāt, ponantur in defenso, quo ad salmones capiendos a die Natiuitatis beate Marie vsq ad diem sancti Martini. Et similiter q̄ salmunculi non captātur, nec destruantur p retia, nec per alia ingenia ad stagna molendinorū, a medio Aprilis vsq ad natiuitatem sancti Joānis Bapt. & in ptibus vbi riparie fuerint, assignentur cōseruatores istius statuti, qui ad hoc iurati sepi⁹ videāt & inquirāt de huiusmodi trāsgr, et in prima transgr puniantur per combustionem retium et ingeniorum suorum Et si iterato deliquerint, puniantur per prisonā vnius quarterii anni. Et si tertio deliqrint, puniantur per prisonam vnius anni. Et sic

Capi. 48.

sic multiplicata transgressio, crescat pene afflictio.

Capi. 49.

De visu terre ordinatum est et statutum, quod de cetero non concedatur visus nisi in casu qñ visus est necessarius. Sicuti si aliquis amittat teñ per defaltam, et ille qui amisit suscitet breue ad petendũ idem teñ. Et in casu quando aliquis per exceptionem dilatoriam cassat breue post visum terre, sicut per non tenturam vel male nominando villam vel huiusmodi, si suscitet aliud bře, in hoc casu et in superiori de cetero non concedatur visus, dummodo visum habuerit in prioribus breuibus. In breui de dote cum petatur dos de teñ, quod vir vxoris alienauit tenenti aut eius antecessori, cum ignorare non debeat tenẽs, quale teñ vir vxoris alienauit sibi vel antecessori suo, licet vir non obiit seisis, nihilominus de cetero non erit visus concedendus. In breui etiam de ingressu cassato per hoc quod petens nominauit male ingr̃m, si petens suscitet aliud breue de alio ingressu, si tenens in priori bři visũ habuerit, in secundo non habebit. In omnibus etiam breuibus, ꝑ que teñ petunt ratione dimissionis, quam petens vel eius antecessor fecit tenenti, et non eius antecessori, sicut quod ei dimisit, dum fuit infra etatem, non compos mentis, in prisona, et cõsimilibus, non iaceat de cetero visus, sed si dimissio facta fuerit antecessori, iaceat visus sicut prius.

Cap. 50

Chaunceler, tresorer, Justices, ne nul del counseil

counseil le roy, ne clerke de la chancellery ne del eschequer, ne de iustyce, ne dauter minister, ne nul del hostell le roy, ne clerke ne laye ne puisse resceyuer esglise, ne aduouson de esglise, ne terre ne tenement en fee par done ne par achate, ne a ferme, ne a champartie, ne en auter maner, tanqz come la chose est en plee deuant nous, ou deuant null de nous mynysters, ne null lower ent soit prys, et que encounter cest chose face, ou par luy ou par autre, ou null barette il face, soyt punye a la volunte le roy, auxibien celuy qui le purchace serra come celuy que le fra.

Omnia predicta statuta incipiant conseruari ad festum sancti Michaelis proximo venturum, ita quod occasione aliquorum delictorum contra aliquod predictorum statutorum citra predictum festū perpetratorum pena delinquentibus, de quibus mentio fit in statutis, non infligatur. Insuper vero statutis in defectum legis et ad remedia editis, ne diutius querentes, cum ad curiam regis venerint, recedant de remedio desperati, habeant breuia sua in suo casu prouisa, sed nō placitentur vsqz post festum sancti Michaelis supradictū.

Explicit statut de westm̄. 2.

¶ Statut Westm̄.3.edit. Anno 18. Ed.1.

Capit.1.

QVIA EMPTORES terrarum et teñ de feodis magnatum et aliorum dominorum in preiudicium eorundē temporibus retroactis multotiens feodis suis sūt ingressi, quibus libere tenentes eorundem magnatum et aliorum terras et teñ sua vendiderunt tenenđ in feođ sibi et heredibus suis de feoffatoribus suis et non de capitalibus dominis feodorum, per quod iidem capitales domini escaetas, maritagia, et custodias terrarum ⁊ tenement de feodis suis existentium sepius amiserunt, quod quidem eisdem magnatibus et aliis dominis quam plurimum durum et difficile videbatur, et insuper in hoc casu exheredatio manifesta.

Cap.2.

